



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber IIII. De rebus seruientibus & liberis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

operib. pub. lib. 8. C. tit. 12. l. vni. de palat. & domib. domin. lib. 11. C. tit. 76. Iubet Leo Cæsar in ciuitatibus in quibus palatium est, alibi quam in eo ne habitaretur prouincia, vt habitandi ratio, saltem curam ædificii suadeat, l. penult. de off. recto. prouinc. libr. 1. C. tit. 44. ¶ Non licet item in basilica inaurata alicuius priuati imaginem pingere, non equos introducere, vel nuptias priuatorum celebrare, l. Basilicam, 20. de operib. publ. libr. 8. C. tit. 12. ¶ Inter opera communia vniuersitatis, & quæ sunt publici vsus, enumerantur quæ in ciuitatibus sunt, theatra & stadia, l. 3. de oper. publ. in P. l. in tantum. 6. §. vniuersitatis, de re. diu. P. §. vniuersitatis, eod. ap. Iustin. §. 1. de inuul. stipulat. C. 1. de offic. forum, §. 1. de inuul. lib. stipul. §. 1. de emtio. curia, basilica, via publica, balnea publica, piscinæ, aquæductus fontes, campi publici, vt Martius, fana porticus, & similia, pascua, nemora, & similia. Item agri vectigales & non vectigales: vectigales, qui in perpetuum fruendi locantur: non vectigales, qui ita colendi dantur, vt priuatis agros nostros colendos dare solemus, l. 1. cum suis §. §. i. ager. velt. vel emptythe. pet. lib. 6. P. tit. 3.

De Fontibus, & Aquæductu. Cap. 22.

Lib. 43. P. tit. 21. Lib. 11. C. tit. 42.

- 1 Aquarum vsus necessarius & vitilis, & salubris.
- 2 Fontium memoria cum sanctitate.
- 3 Fontes & eorum aquæductus, aut publici, aut priuati.
- 4 Ius hauriendi ex fonte publico, & aquæ ducenda quomodo præscribitur.
- 5 Leges aquarum, aquæductuum publicorum, & de officio curatorum aquarum.

Aquarum ¶ officium, & ad publicum vsum, vt ad potum, ad salubritatem: vel ad eluenda pauimenta, ad lauaciones, & ad securitatem publicam pertinet, vt dum ea cinguntur vrbes.

¶ Fontium ¶ memoria, inquit Frontinus lib. 1. de aquæductibus. Romæ cum sanctitate ad huc existat & colitur. Salubritatem enim ægris corporibus adferre creduntur, sicut C. Amarinus meminit.

¶ Fontes ¶ & aquæductus aut publici sunt, aut priuatorum, & ex priuatis fieri possunt publici: tamen in priuatorum non possunt postmodum redire potestatem longi temporis præscriptione, l. diligenter, 9. de aquædu. lib. 11. C. ¶ Quamuis ius ¶ hauriendi vetus longoque dominio constitutum, singulis manere ciuius statutum sit, si de temporis initio non exisset memoria, l. 4. eod. C. Proinde vti fontibus publicis quis prohiberi non potest, neque eo fonte quo vsus antea est: alioquin interdictionum propositum erat a prætore, vti de eo fonte quo de aqua, hoc anno aqua nec vis, nec clam nec precario ab illo vsus es, quo minus ea ita vt aris vim fieri vero. De lacu, puteo, piscina ita quoque interdictionum, l. 1. de fonte. lib. 43. P. tit. 21. Quod & interdictionum pertinet ad coercendam aquam ne fluat, & ad purgandum fontem, sine quibus vsus aquæ nullus est, l. 1. §. si de fonte, P. & sicuti petirent homines, l. si de riuus, lib. 43. P. tit. 20. sicuti in aqua æstiuâ statutum, in l. 1. §. aut prætor, de aqua quotid. & æstiuâ in P. Pollunt nasci ex his duæ seruitutes vt priuata aquæ aliis communicentur, nempe seruitus aquæ ducendæ & hauriendæ, cui adhæret appellendi pecus ad aquam, & sunt prodita interdictione pro his diuersa, l. 1. §. hoc interdictionum, de fonte in P. Et pariter de modo ducendi varia tractatio, quæ in titulo de riuus lib. 43. P. Verum de his omnibus suis locis, nempe dum de aquæ elemento, & dum de seruitutibus agemus rerum.

¶ Leges ¶ aquarum, aquæductuum publicorum apud Iulium Frontinum l. 2. de aquæductu. l. 1. §. permittitur, de aqua quotidia. & est lib. 43. P. tit. 19. de his dicimus in seruitut. aquæductuum, quedam descriptæ sunt, quas curator aquarum tenebatur conseruare, quarum vna ex SC. Ne quis sine iure Cæsaris, id est, ne quis aquæ publicam non impetratam, & ne quis amplius quam impetratam fuerit, ducat. Alia, qui aquam in vsu priuatos deducere volens, impetrare debet, & a Principe epistolam ad curatores deferre. Aliud senatusconsultum quod Q. Aelius Tubero, & Q. Fabius Maximus V. F. id est, voluerant fieri, ne cui priuato ex riuus publicis liceret aquam ducere, utique omnes in quibus aqua ducenda ius datum esset, ex castellis ducerent, animaduertent que curatores aquarum, quibus locis intra extraque urbem apte castella priuati facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex castello communem acciperent a curatoribus aquarum, ne qui eorum quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subicere, quam quinariam. Hoc senatusconsultum autem aquam non nisi ex castello duci permittit, ne aut riuui aut fistule publicæ lacerarentur. Alia lex, vt ius impetratæ aquæ neque heredem, neque emtorem, neque, vllum prædiorum dominum sequeretur, exceptis balneis, quibus quæ publice lauarent, priuilegium antiquitus concedebatur, vt semel data aqua perpetuo maneret. Vlpianus tamen l. 1. §. permittitur, de aqua quotidia. & est in aliis distinguit, num personis datus sit aquæductus, vt tunc personam non egrediat: an rebus, vt tunc sequatur possessorem. Aliud senatusconsultum apud Frontinum lib. 2. quo de reficiendis riuus ipse cubusque, per quæ opera publica corrumpuntur, placuit circa fontes & fornices & muros utraq, ex parte vacuos centenos quinque denos pedes patere, & circa riuos qui sub terra essent & specus intra urbem & extra urbem continens adificia, utraq, ex parte quinque pedes vacuos relinquere: ita vt neque monumentum in his locis, neque adificium post hoc tempus ponere, neque conserere arbores liceret. & si quæ tunc essent arbores circa spatium, existerentur: præterquam si quæ vlla continentes, & inclusa adificiis essent. Si quis aduersus ea commisisset in singulas res in dâna multa damnus esset: ex quibus pars dimidia præmium accensiori daretur, cuius opera maxime conuictus esset, qui aduersus hoc senatusconsultum commisisset: pars altera dimidia in ærarium redigeretur, de q, care iudicarent cognouerent, curatores aquarum. Constantinus tamen a formis aquæductuum publicorum arbores 15. pedes voluit seungi, l. 1. de aquædu. lib. 11. C. tit. 42. Augustus 10. l. omnes, 6. eod. Alia lex, Front. lib. 2. de aquæductu. quam T. Quintius Crispinus consul rogauit populum, populus autem sciuit. Quicumq, post hanc legem rogatâ, riuos, specus, fornices, fistulas, castella, tubulos, lacus aquarum publicarum quæ ad urbem ducuntur, earumve quam sciens dolo malo forauerit, ruperit, forare rumpereve curauerit, peiorumve fecerit, quo minus ea aqua carumve qua in urbem Romam ire, cadere, fluere, peruenire, duci possint, que urbi continens sunt, erunt, in hisque hortis, prædiis, locis, quorum hortorum, prædiorum, locorum dominus possessoribus V. F. aqua data vel attributa est, vel erit, vt sal distribuat, dividatur, in castella immittatur: is populo Romano C. Nulla dare damnus esto. Et qui clam quid eorum intulerit, id omne sarcire, reficere, restituere, edificare, ponere, & calare, demoliri, damnus esto, sius dolo malo, &c. De modis ducendæ aquam, & de aqua ducenda plura tractata videb' paulo post libro sequent. 4. c. 15. de aquæductu, & cap. 16. de aqua hauritu, & cap. 17.

DE REBUS SERVIENTIBVS, ET LIBERIS, LIBER IIII.

De seruitute prædiorum in genere. Cap. 1.

Lib. 3. C. tit. 14. Lib. 8. P. tit. 1. Inst. lib. 2. tit. 3.

- 1 Rerum diuisio in Liberas, & Seruientes, & quomodo res seruire intelligantur.
- 2 Res quatuor modis Seruire intelliguntur. Vnde quatuor genera seruitutum, seruitutis namque persona personis, persona rebus, res rebus, & res personis.
- 3 Seruitus realis quid.
- 4 Prædium optimum maximumq, non est quod seruit.
- 5 Prædium quod dicitur hic: & duplex, rusticum & urbanum.
- 6 Futuro adificio que seruitus possit imponi.
- 7 Seruitutes indiuidue, & antinomia hac de re conciliata.
- 8 Seruitutum realium diuisio.



ALIÆ rerum ¶ diuisio est, vt harum quædam sint liberæ, quædam seruitæ, vel seruientes. Qualitates autem hæ rerum nature sunt ex dominio earum: siquidem vbi dominia distincta fuerunt, res propriae ceperunt cuiuscunque dici, atque subiectio illa, qua domini arbitrio res tractatur, alio nomine quam seruitutis, dicitur, nempe per pronomina, meum, tuum, suum, cap. quo iure defendis villas, 8. dist. Nam res sua nemini seruit. l. si quis ades, 29. de seruitut. urban. prædi. l. vti si uis, si vsu si u. pet. P. l. in re communi, 26. de seru. urb. P. l. cum esset, 33. §. fin. de ser. i. rustic. prædio. in P. At si integro remanente dominio, quispiam in re alterius aliquid ius percipiendi aliquam utilitatem habeat, l. quoties 15. de seru. P. res seruire tunc, sed alii, quam suo domino, dicitur. Nec ideo minus

dicetur dominus is, cuius res est: quia seruitus illa, vel ius illud in re aliena, potius incorporale est. *l. 1. §. fin. de rer. diuisi. §. 1. de reb. corpor. ap. Iustinian.* & afficit ius præcipue domini, vt cogatur pati, & ne possit pro arbitrio re sua vti, *l. quoties nec hominum. 1. §. 1. de seru. sit. generali.* Et *l. 1. de aqua pluui. arce. in P.* Similiter hæc nomina, libertas rerum vel res libera, dicuntur potius de domino, quem nemo potest prohibere, quin illis libere vtatur, & vt dicitur, quin possit de suis lapillis ex arbitrio ludere, *l. sed & si lege. 2. §. 1. de consu. de posi. hered. lib. 5. P. tit. 3. l. si quid. 3. §. 1. de consu. tit. vt contra, seruitus rei, quando illa libertas non est domino in re integra aut arbitraria. Inde tamen dicimus prædia seruitutem pati, *l. adificia. 1. de seru. urb. præd. in P. Latius, C. de seru. & feruientia. l. via. 2. §. pen. de seru. rust. aut libera, l. si ados. 3. in princ. §. 1. de seru. urb.* Vera prædialis seruitus ex facto videtur orta hominis, item formulæ, quibus constituitur: siquidem si natura subiciatur inferior ager superiori, proprie non est seruitus, sed ius seu natura prædiorum, *l. 1. §. fin. de aqua plu. arce.* non secus quam non est seruitus, vti re sua, vt diximus. Adherent autem ista incorporalia seruitutum rebus, vt neque quicumque seruitutem acquirere vel vrbani vel rustici prædii possit, nisi qui prædium habet, nec quicumque debere, nisi qui habet prædium, *Ulpia. l. 1. communia prædiorum, lib. 8. P. tit. 4. §. 1. deo. de seru. rust. l. qui aliena. §. vlt. de nego. gest.* Sed vt explanemus scopolos, qui in hac seruitutum tractatione offendunt incautos, paucis expedit generalia seruitutum monere, ne æquiuocatio ingerat errorem.*

1. ¶ Itaque ¶ seruire dicuntur quadrupliciter res, primum, personæ personis: & ideo seruitus dicitur personarum melius quam personalis, de qua in personis diximus. 2. dicuntur, quamuis improprie, personæ rebus seruire, vt etiam in seruitutibus personarum diximus. 3. res seruiunt rebus: vel 4. loco res personis. Nunc de seruitute duorum postremorum membrorum tractandum est, & de eius substantia generaliter, dehinc in specie breuiter.

3. ¶ Est ¶ itaque seruitus realis, diminutio iuris prædii alieni, ad vtilitatem, & ius seruitutis alterius prædii vel personæ. ¶ Ex quibus ¶ in primis constat, seruitutem esse iuris alterius prædii diminutionem, & optimum maximumque dici non posse, quod seruitutem debet, quodve liberum non est, *l. cum venderis. 9. de contrah. mt. lib. 18. P. tit. 1. l. qui vti optime. 9. de verbo sign. l. pen. de eucl. in P.* Ita seruitutis impositione, alterius fundi ius diminiuit, alterius augeri tradit Sextus Prædus, *l. de papillo. 5. §. Sextus Prædus. de op. nou. num. lib. 3. P. tit. 1. habet prædium dominans vel persona, cui seruitus a re debetur, vtilitatem quandam in fundo seruiente, l. quoties, in 1. de seru. P.* quæ minuit ius seu libertatem alterius seruientis prædii, *l. stipulatio ista. §. si quis forte, de verb. oblig.* Prædiumque pretiosius habetur a seruitute liberum, *l. 1. §. fin. de actio. em. P.* ¶ Prædium ¶ vocatur hic quodcunque immobile, siue sit fundus, seu domus. Idque duplex est, vrbani & rusticum: vrbani est, ædificium habitandi causa factum, siue in vrbe, siue in villa sit, *l. vrbani prædia, de verb. signific. rusticum est, quod non est ædificium, vt fundus, vinea, pratium, l. 1. communia præd. in P.*

6. ¶ His ¶ imponuntur seruitutes ob aliorum prædiorum vel aliarum personarum vtilitatem, vel præsentem vel futuram. Et licet vtilis non sit seruitus constitutionis tempore, tamen imponi potest, si talis futura sit. *l. ei fundo, de seru. P.* vt habeat ratio futuri temporis in his, *l. si infans, de v. signific. l. Labeo, de seru. rust. præd. l. in vrbani, de verb. oblig.* sicut & futuro ædificio imponit, *l. si seruus, §. fin. de seru. vrbani.* Et hæc sententia, vt paucis dicam, mihi placet, omissis diuersæ sententiæ rationibus. Harerit hæc iura prædiis quæ semper sequuntur, *l. vna constituit. 2. §. si fundus, de seru. rust. l. cum fundo, 6. eod. tit. l. neque, quib. mod. v. signific. amittit. l. cum fundus. 1. 3. communia præd. in P.*

7. ¶ Et ¶ quia iura per se diuidi nequeunt, *l. 1. §. incorporales. de rer. diuisio. §. 1. de reb. corpor. & incorp. ita seruitutes indiuidue sunt, l. stipulationes non diuiduntur. 7. 2. de verbo oblig. §. 1. §. 3. harum, eod. tit. l. via. de seru. l. 1. §. si v. signific. ad le. Fal. in P. nec pro parte præstari possunt, vel concedi, vel adimi. l. pro parte, 1. 1. de seru. tit. l. si quis duas, de seru. leg. l. si quis duas, §. 1. commun. prædio. Ideo si generaliter per fundum cõcedatur a pluribus dominis seruitus in fundo inter illos communi valent quidem cessiones separatim a singulis factæ, sed sine effectu sunt, nisi omnes concesserint, vt nouissima cessione cetera firmari videantur, *l. per fundum, de seru. rust. præd.* Siquidem non designata certa parte fundi, seruitus per fundum concessa, omnes & singulas partes fundi*

completur: vt tota in toto, & tota sit in qualibet eius parte, vt dicitur de anima, nisi pars quæ seruat designetur: Imo & in solo ipso penetrat, nec in sola superficie refidetur, *in certo de seru. rust. præd.* Itaque & naturaliter & ciuilitet est indiuidua seruitus: natura, quia quæ tangi non possunt, indiuidua sunt, *l. certo generi. 1. 3. §. si locus. 1. & l. si mihi concesseris. 21. de seru. rust. præd. l. si via. 26. eod. tit. & l. si cui, de seru. v. signific. generali.* qualia iura sunt, *§. 1. de reb. cor. & incor. §. 1. de rer. diuisi.* minus ciuilitet, quia tantam vtilitatem non adfert pars intuitu partis, quantum totum respectu totius, *l. in executione, §. pro parte, de verb. obl.* Dehinc & in omnibus iubent leges, finem & intentionem ædium inspici, *l. verum, l. qui iniuria, de inur. in P.* Porro in seruitutibus, finis cõmodum est in vtu earum, *l. videamus. 19. in fin. de v. signific. l. 2. 2. P. tit. 1.* qui indiuiduus est, *l. via. de seru. tit. quia & hic in facto consistit. 7. est quoc; indiuiduum, d. l. in executione. & l. si stipulationes non diuiduntur, de verb. obl. P.* Sed diuis maxime seruitus indiuiduum illud continet omnino. Quo fit, vt antinomiam, quæ in hac tractatione indiuidui obiciuntur, facile submoueantur: nam ad ius non pertinet fundi, corpus quod seruitutem admittit. Et aliud est ius in corpore, & aliud corpus. Et corpus quidem diuiduum, sed ius quod in eo est, indiuiduum: fructus quamuis diuidi possunt, qui ex fundo percipiuntur, *l. 1. §. si v. signific. ad le. Fal. l. 5. de v. signific. Ita frui pro parte possumus, l. v. signific. par. 20. de v. signific. & hab. lib. 7. P. tit. 9. & vti etiam partim fructibus in vsum acceptis, & parte domino aliqua derelicta, *l. fundi v. signific. 16. & l. in v. signific. 23. §. 1. de v. signific. & hab. in P.* Et diuiduus vltus fructus, *l. v. signific. v. signific. de v. signific. P.* sed ius vtendi fruendi erit indiuiduum, *expresse in l. 1. §. quædam, de rer. diuisi. & vltus indiuiduus, d. l. v. signific. par. 20. de v. signific. & hab. & l. via in v. signific. 17. de seru. in P.* Alia etiam inde euanelcit antinomia, quæ videtur diuidi vltus, adiecto tempore, cum quis illa die vel hora, alius alia vtatur, vel alternis diebus, *l. via. §. 1. de seru. in P.* quia id ad modum pertinet iuris constituit seruitutis, non ad ius vtendi, *l. 4. §. fin. l. 2. de aqua quotid. & est, vt secernatur vltus temporibus. Pari modo alia quæ ad certam partem fundi, vel rei constituit seruitutem probat, vbi corpus fundi diuiditur, vel superficie eius, *l. ad certam partem. 6. de seru. in P.* ad quam certam pro diuiso seruitus tota, vel ius integrum refertur. Facta autem relatione ad partem seruitutis vel iuris, seruitus pro parte constitui nequit, *l. si quis duas, §. si quis partem, commun. præd.* Sic Paulus ait, iura seruitutum interdum diuisa a fundo, non esse diuisa mensura vel temporibus: interdum mensura aut temporibus diuidi vltus pluribus debent, vt si plures vni, qui ius quæ ducenda habebat, succedant, *Paulus in L. arbor. 19. §. fin. commun. diuis. lib. 10. P. tit. 3.* Sic dum ius aquæ ducenda per eundem aquæ ductum pluribus conceditur, vel eundi per idem iter, quis quidem non diuiditur, sed aqua vel modus communi diuidendo, *l. via. in l. Lucio Tertio. 4. de aqu. quotid. & est, lib. 43. P. tit. 19.* Et plures integræ possunt esse per eundem locum & plurium seruitutes, *l. si prius. 17. de aqu. plu. arce. l. 39. P. tit. 3. l. 2. §. 1. de seru. rust.* ¶ Postrema ¶ verba finitionis seruitutis realis, realiu seruitutu membra ostendunt, vt aliæ a rebus, personis: aliæ a rebus, rebus debeantur: illas personarum dixit Martianus vt vltus & vltus fructum: istas, rerum, vt rusticorum prædiorum & vrbaniarum, *Martianus in l. 1. de seru. v. signific. generali.***

De Seruitutibus debitis a rebus personis: & primum de vtu & habitatione. Cap. 2.

- Lib. 2. Institut. 5. Lib. 7. P. tit. 8.
1. Quinque species seruitutis debite a rebus personis enumerata.
 2. vltus tractandum de vtu & habitatione, quam de vtu fructu.
 3. Vltus quid, & quæ vltuarius possit percipere.
 4. Vltuarius nec locat, vel vendit, nec in alium transfert vltus.
 5. Casus tres excepti, quibus vltuarius vltus a longe personis, id est, pro sumibus: vel si vltus & frumentis præcul, extendit vltus.
 6. Vltuarius domus, potest locare partem eius, parte contentus.
 7. Num cui relicta fuerint a iuribus seorsum ad vltus sufficientia, accedente alterius postea vltus legato, debeat altero iurari, vel vltus aque retinere possit.
 8. In vtu determinando consideranda vltus persona, & modus dictus, & quales personas habitatione domus habet, potest secum admittere.
 9. Qui habet vltus capacio: is domus, quam sua conditio exigit, vacuum quoc; partem sibi referuat, nec pro pretariis occu, at.
 10. Habitationem habens domus, similis fere vltus: io domus, & in quibus differant.
 11. Habitationem domus habens, seorsum habitans, eam potest locare.



- 12 Qui habet usufructum domus vel fundi, quomodo utatur & quibus.
 13 Vfus sive usufructum continet.
 14 Concessio vsu seruorum, quid concessum videatur.
 15 Plus est in operis serui debitis, quam in vsu debito serui.
 16 Vsu animalium concessio, quid liceat vsuario.
 17 Vsu pecunie usufructum habet.
 18 De utendi modo & cautione prebenda.
 19 Differentia vsus & commodati.
 20 Vsuarium reficere debet domum, cuius habet vsum, si solus vel pro parte, qua utitur: quomodo uti potest, & quid cogitur pati ab eo proprietarius, vide & inf. c. 3. num. 20.
 21 Quibus modis acquiratur & amittatur vsus.
 22 Commodatas preda concessa alicui, accedens seruitutibus predialibus personalibus.

Iterum seruitutes personales, debitas a rebus personis, quinque constituemus & explicabimus Deo fauente, vsu, habitationem, operas seruorum, commoditates ex rebus aliquibus, & usufructum. Quatuor priores sub vsu concludi possunt.

2 Tractantur iuriconsuliti prius de usufructu, quam de vsu & habitatione, constat ex 10. tit. lib. 7. P. mihi methodus videtur facillior contraria, vt de vsu primum & habitatione, quam de usufructu agamus, vt intelligamus priori loco simplicia, post composita. Vsufructus enim latissime patet, & vsu & habitationem continet, cetera que ex rebus commoditates fructuum, l. 2. & l. per seruum 14. §. 1. de vsu & habit. l. usufructus 7. de usufruc. l. l. Paul. lib. 3. recep. sentent. tit. 6. l. plenam. de vsu & habitat. Et minus in vsu, quam in usufructu. Et fructus sine vsu esse non potest, vsus autem est sine fructu, §. minus autem de vsu & habit. l. si habitatio 10. §. si vsus. & l. per seruum 14. §. si usufructus. eo. tit. in P. Proinde vsus seu ad maiorem significationem, vsus nudus seu vsus, sine fructu, l. 1. & 2. l. si habitatio 10. de vsu & ha. P. et ius alienis rebus vtendi, salua rerum substantia, gl. in l. 1. de vsu & habit. Qui vsu habet, tantum ad indigentiam quotidianam propriam, secundum qualitatem & conditionem suam fructibus vel rebus vitur: vt non possit vitra compendium inde vel utilitatem consequi, vel impedimento esse domino agri, ardis, vel fructuum, §. 1. de vsu & habit. l. denique 11. & l. plenam. cum suis §. 1. cod. in P. Et si vsu legato, magis sit vsus legatarius, quam oportet: officio iudicis, qui quema modum vtatur iudicat, continetur iubere. ne aliter quam debet vtatur, pen. §. si de vsu & habit. P. Ex quibus sequitur vsuarium non posse vsu concedere alii, nec locare, vendere, vel alio modo in alium transferre, §. minus §. si em te qui. & sequ. de vsu & habit. l. 2. §. domus. & l. 3. cum §. 1. l. q. eod. in P. quia personalis: vt neque ad heredem vsuarii transeat, l. vsu aqua 22. eo. tit. in P. Et personalia cum persona existunt, nec personam cui irrogantur, egrediuntur, l. qui tale sicut mari. in P. l. priuilegia. & l. in omnib. de reg. iur. P. potissimum inspecta qualitate seruitutis huius, que ad personam necessitatem & alimenta pertinet & prebet necessaria, que alienari nequeunt. l. de alimentis.

5 C. de transfat. l. cum hi. cod. tit. in P. Paulus ꝑ excepit casum, si ex necessitate diuisionis: iudex adiudicando alteri vsu vendat, & ita admitti, Paul. in litem quamuis 10. §. pen. lib. 19. P. tit. 3. Item singulare est quod notat Accurs. & Ang. Aretinus, gl. in §. minus. in fin. & Ange. ibid. nu. 3. l. datus. de vsu & habit. P. quod si lignorum ex sylua alicui vsus relictus est & vectura facienda longius sit, potest qui vsu habet pro necessitate personae suae in compensationem sumtuum, qualiter vsus commoditatem excederet, de lignis vendere non amplius; quia vsuarium tantum habere debet, quantum pro necessitate sui sufficit. Idemq; Angelus recipiendum putat in vsu vini, frumentis & aliorum, si de longinquo percipi debeant. Et haec fauore vsuarii inducenda recipio. ne vsus illi ob expensas grauiore, sit inutilis: & quia, vt dixi, ius hoc vtendi alienari prohibetur. Quare ꝑ & in eiusdem utilitatem non difficilis erit ratio, cur liceat vsuario, cui domus amplioris capacitatis, quam ipsi necessaria sit, vsus relictus est, pensionem habitationis ex ea ab inquilino accipere, dum ipse quoque inhabitat, & modica portio contentus sit: hoc enim ei non est inuidendum, inquit Vlpianus. l. 4. eod. tit. l. i. in tit. de vsu & habit. in In-

7 stitutum. Mouet & allat ꝑ quaestione pepulcrum & quotidianam glossam in §. minus. in verbo quod diuisionem. eod. tit. quam insolutam Angelus Aretinus d. §. 1. de vsu & habitat. relinquit. Num si mihi hodie vsus in fundo constituitur, qui mihi sufficiat: & cras in alio, num secundus minor vel inutilis erit quod iam alius mihi sufficiat, eo quod ad quotidianam necessitatem vsus relin-

quatur. Et responderi gloss. locum esse gratificationi in toto, vel in parte, vel electioni. Citat §. si generaster. de legat. qui nihil ad rem, & l. final. de religiof. & sumt. funer. in P. quae tamen contractum probare videtur. Nam si usufructuarius ab herede sepultura defuncti oneretur, cum heredis esset electio, inibi vel alibi sepelire, & esset locus gratificationi inter plures, qui poterant pati sepulturam, ager usufructuarius actione vili in heredem, quod propter eam electionem minutus est vsusfructus. Sed hic vsuarium, cui diuerforum fundorum relictus vsus est non nocet alicui, & si ab ambobus vsu accipiat Nam vitur iure suo, l. Procaulus. de damn. infect. quod pertinet ad debitores. Proinde recte ad illam legem finalem similitudo non videtur relata. Et existimarem a singulis vsu deberi, non habitari ratione, quod aliunde vsu habere possit: non secus ac ei qui vsu habet, non potest obici, quod pecunias habet, vnde possit aliunde, quam ex re vsuaria sibi comparare. Nec improbat vsu habitationis concessione facta filiofamilias vel seruo, quod illi penes patrem vel dominum habitare possint, imo & additur habitatio ad utilitatem patris & domini, l. filiofam. 18. de vsu & habit. Nec improbat relatum & exactio legati alimentorum, si is cui legantur alioquin sufficiens sibi sit, & facultatis abundet, l. cum hi. §. sed & personarum. & in persona. de transfat. in P. Itaque, vt ait Paulus, fundi vsu legato, licebit vsuario, & ex sceno, quod in annum dumtaxat sufficiat, capere: licet mediocri praedii eo modo fructus consumantur, quia & domo & seruo ita vtetur, vt nihil alii fructuum nomine superesset. Sic & de aliis, in quibus vsu habet. Omnia enim ad vsu eius peruenient, & possunt referuari, & in diuersis domibus, sed diuerso tempore, & aliqua parte anni quis habitare, quia & domicilium in diuersis locis habere potest, Paulus in l. Labeo 5. Vbi in l. assumptio 6. §. iurisprudentibus. ad municip. & de incol. lib. 50. P. tit. 1. ¶ In vsu, ꝑ similes & personae & modus vtendi, coniungi debent. Nam res ad necessitatem personae, vt dixi & necessitas ad modum referri debet. Proinde considera cuius rei relinquatur vsus alicui, & quis qualisve sitis, cui relinquatur. Si domus habitatio relinquatur masculo, potest is in ea habitare, & solus, & cum familia sua, cum vxore, cum liberis, cum amicis & hospitibus gratis, & cum pensione admittis, quamuis seorsum inibi eo non residente non possit locare, l. 2. 3. 4. & 8. de vsu & habitat. Si enim is qui adu. eod. tit. apud Iust. Si mulieri competat, & potest in ea cum marito habitare, & cum socero, etiam si tempore, quo vidua est, acquirat vsu, & postea nubat, l. 4. eod. tit. & cum nuru, cum liberis cum libertis, & parentibus, l. 5. & 6. eod. Verum hospitem recipere non potest, que vsu habet, alium quam eum, qui honeste cum ea habitaturus sit, l. non aliter 7. eod. potest & alia quae mulier ad vsu habet communicare marito, Paul. l. ceterarum 9. eod. ¶ Notabile & illud, ꝑ domo ad vsu legata, etsi amplior sit, quam exigat vsuarium: vacua tamen partem & ei remanere, non proprietario, notat Accurs. in summa vsu tituli de vsu & habitat. apud Iust. in versicul. illud videtur notandam. ¶ Huic ꝑ vsu domus affinis est habitatio domus debita, quae perinde pene est ac vsu, vt neque vendi possit, nec donari ab eo qui ius habitationis habet, eademque personas qui habet habitationem, quas vsuarium domus recipere possit, l. si habitat. 10. eod. ¶ Verum ꝑ in aliquibus hoc ius habitationis differt ab vsu domus, quia in habitatione latior facultas inest: nam qui eam habet & alteri locare potest seorsum, & si ibi ipse non habitet, non secus, quam si vsu fructum haberet domus, §. sed si cui. de vsu & habitat. apud Iust. l. cum antiquitas 13. de vsu & habitat. C. ¶ Si fructuum, ꝑ vel fundi vsus relictus sit, vel debitus, vitur vsuarium ad vsu quotidianum orto, oleribus, pomis, floribus, aqua, lignis, non ad compendium vel abusum, sed ad vsu stramentis: nec pro se tantum, sed etiam pro hospitibus aliquando largius pro dignitate sua, neque in villa tantum, sed & ex his in oppida ferre potest, l. plenam 12. §. 1. & 2. de vsu & habitat. §. minus. eod. apud Iust. ¶ Quibus ꝑ concessus est vsus syluae, & fructus concessus videtur, l. Diuus Adrianus 23. eod. P. Verum iis non permittitur ex qualibet syluae parte depromere, quamuis tota sylua seruire dicatur: Nam ad certam partem restringitur etiam inuitis quibus ius est, ne ad nutum ventium informis sylua euadat, & ita iudicatum fuisse saepe refert Papus lib. 1. 4. rapod. areff. tit. 3. areff. 1. 3. 10. 11. Et contrahi in arctam nemoris partem vsu suapte natura solitum, & totum in toto, & totum in qualibet parte, placuit curiae supremae Patrisiorum, Ioan. Lucius, lib. 7. placitorum, tit. 7. p. 100. 2. Atque vsuarium ob nemora, coniuratione vique armata, ab vni-

ueritate vastata ipsorum nemorum vsu ac litis aestimatione, e-
 iusque impendis multari quoque decretum est, *Ioan. Luc. d. tit.*
 14 *lib. 7. plau.* ¶ Vfus ¶ aliquando constituitur in feruis alienis, in
 quo id venit, vt ipse vsuarius tantum eorum opera ac ministerio
 vti possit, non etiam alius, neve in alium transferat, §. *item is ad*
quem de usu & habi. Poterit tamen eo cum aliis vti, veluti cum
 vxore, & vxor coniuge, cum patre, cum domino. Nectamen o-
 peras ferui locabit, nec alius vtendas concedet. Tamen secum in
 rebus alienis seruo vti poterit, vt si fundum conduxerit, poterit
 seruum in eo iubere operari, & sicut in aliis negotiis, quae ipse sus-
 ceperit faciendae vsuarius, poterit vsuariis seruis & vsuariis ancil-
 lis vti: quia illi operari videntur, non alii, *l. plenum. l. 2. §. fin. de v-*
su & habi. P. Possunt & ex re mea seruo vsuario stipulante, acqui-
 rere, vel eo per traditionem accipiente: quia in illis eius opera
 vtor, *l. per seruum. l. 4. eo. §. l. seruis. l. 2. §. l. sita legatus. l. 7. §. h. eod. tit.*
 15 ¶ Notandum ¶ autem hic plus esse in operis serui debitis, quam
 in vsu ferui: quia fructus hominis in operis consistit, & in mer-
 cedibus operatum, quae capi a fructuario possunt, *l. 8. 4. de operib.*
seruor. lib. 7. P. tit. 7. & vltus quoque inest, *l. operis serui. §. de operis*
seruor. in P. l. 2. de usu & vsu. legat. lib. 3. P. tit. 2. ¶ Eadem ¶ quae de
 vsu ministerii ferui dicta sunt, & in animalium vsu relicto intel-
 ligi debent, d. §. *item is qui de usu & habi.* vt possit his vti, non
 locare aliis: nisi & vsuarius talis sit, qui operas suas, & equorum
 suorum soleat locare, vt auriga, *l. plenum. §. equit. eo. tit. de usu &*
habi. Porro pecoris vsu relicto, vsuarius ad iter corandum tantum
 agrum suum vti poterit, & modico tantum lacte, reliquis non v-
 tique, neque lana neque agnis, *d. l. plenum §. sed si pecorum. eod. tit.*
 §. *sed si pecorum. eod. ap. l. sita.* quia ea in fructu sunt, *l. in pecudum.*
de vsu. in P. §. in pecudum. de rer. diuis. Si bouum armenti vsus re-
 linquatur, ad arandum, & ad reliqua, ad quae boues apti sunt, v-
 suarius vtiur, *d. l. plenum. §. sed si bouum.* ¶ Vltus ¶ pecuniae concessus
 & qualis est vsufructus, ¶ vsuarius in hoc tenetur, *onsalium 5. §. si-*
nal. §. in h. quoniam 10. de vsufruct. earum rerum quae vsu consumuntur.
 li. 7. P. tit. 5. licet & quando fundi vsus legatur, nam & fructus ad
 vsuarium pertinent, qui in annum ei sufficiant, *l. fundi. l. 6. de usu*
& habi. in P. Et sita concessus vsus fundi, vt instructus esset et-
 iam & instrumentorum vsus competit, *Pompon. l. sita legatus. l. 7.*
eod. tit. ¶ Modus ¶ vtendi est, vt vsuarius sicut vsufructuarius, ca-
 ueat, de vtendo arbitrio boni viri, & de restituendo cum opus e-
 rit, *Ulpian. in leg. huius stipulationis 5. §. 1. vsufr. quemad. caue. lib. 7. P.*
tit. 9. Papin. in l. penult. eo. tit. Quare dictum est in finitione, vsu-
 esse rei alterius salua rerum substantia. In cautione, omnia dama-
 na, quae ab vsuario contingunt, se refarciturum, vsuarius prom-
 misse tenetur, *l. si vsufructus. l. 6. denique de vsufruct. §. quemad.*
quis utat. l. 1. vsufr. §. quemad. caueat. leg. hoc tenetur consilium 5. §.
 19 *l. de vsufr. ear. rerum quae vsu consumuntur.* ¶ Diferretque ¶ in hoc a
 commodato & precario, in quibus alicuius rei datur vsus, sed
 non salua rerum substantia, nec cum cautione damni praestandi,
 quod non refarcit qui accipit, dummodo culpa non ad sit com-
 modatarii, *l. si commo. in P. l. 1. tit. 6. Quamuis & maxima sit affi-*
 20 *nitatis inter commodatum & vtendum datum, l. 1. §. 1. commo. in P.*
 omitto alias differentias. ¶ Debet ¶ per hanc adiectionem, salua
 rerum substantia & vsuarius domus, reficere domum vsuariam,
 si alius quam ipse non percipit commodum: si enim fructuarius
 vel proprietarius cum vsuario participaret in fructu, vterque ad
 refactionem contribuit, *l. si domus vsu. l. 9. de usu & habi.* Nec
 poterit prohibere vsuarius, quin dominus, vel fructuarius fundi
 eum colat, *l. fundi. §. 1. eo. tit. P. l. si habitati. §. si. eo. quo minus cau-*
 21 *tionem omittam, per conditionem incerti repetat, & finito v-*
su rem ipsam per ad exhibendum & conditione, l. 5. §. 1. de vsufr.
ear. rerum quae vsu consumuntur. quine iudex imploreur, vt eius ar-
 bitratu vsuarius vtatur, *l. si cuius. l. 5. denique consilium. de vsufr. in*
P. Sed nec is qui pati debet alium vti, quicquam facere poterit,
 quo minus is cui vsus legatus est, vel concessus vtatur, vt bonus
 paterfam. vti debet, *l. fundi. l. 6. §. si. de usu & habi.* nec deteriorem
 causam vsuarii facere, nec vsuarii rei speciem etiam in melio-
 22 *rem commutare, l. fin. eo. in P.* ¶ Quibus ¶ autem modis acquiritur
 & amittitur vsus, intelligitur in vsufructu: nam totidem ac-
 quiruntur & amittuntur, quibus vsufructus, §. *1. de usu & habi. l. 1.*
 22 *§. fin. de vsufr. in P.* ¶ Superioribus ¶ seruitutibus personalibus po-
 terit accedere commoditas quaedam concessa praedii certis per-
 sonis: vt si tellator legauerit certae personae tantum ius ad aquam
 appellendi pecoris, vel pascendi, vt ait Papinianus, quae alioquin
 ellet realis rusticorum, *Papin. in l. pecorum. 4. de seruit. rúst. praed. in*
P. lib. 8. P. tit. 3. fac. l. Meia. l. 4. §. fin. de alimen. §. cib. leg. l. 3. P. tit. 1.

Sic apud Ulpianum *lib. 1. tit. 1. Lucius Titius. 37. de serui. rúst.*
sic. praed. Pompon. in l. non solum. 9. §. tale. de libera. lega. lib. 3. P. tit. 3.
 Lucius Titius tradens & donans testamento aquae profluentis
 in fontem, Caio Scio digitum, in domum suam, vsuam aquae per-
 sonalem concessisse videtur, vt illa seruitus ad heredes non
 transeat Caii. Aliud exemplum in eo qui promittit coquere pa-
 nem alicuius in forno suo, quod poterit dici seruitus vsus, ex quo
 ad necessitatem familiae est introducta, ex sententia Capollae in
 1. *lib. de ser. urb. praed. c. 8. nu. 3.* Sunt & alia his similia, quae plerique
 ad seruitutes in nominatas, vel iura personalia referunt, vide Ca-
 pollam in proximo citato loco. §. c. 9. nu. 2. Alii negant esse seruitu-
 tes, sicuti in specie leg. final. de seruit. urban. praed. in P. Quam-
 obrem & nos commoditatem rei diximus.

De Vsufructu. Cap. 3.

Ann. in fin. lib. 2. tit. 4.
lib. 7. P. tit. 1.
lib. 33. tit. 2. P.
lib. 3. C. tit. 33.

- 1 Vsufructus seruitus praedii est personae debita.
 - 2 Vsufructus quid, & de fructu formalis & casuali.
 - 3 Fruus & vti quid, & quomodo differant, & c.
 - 4 Fructus & vsufructus differant.
 - 5 Vsufructus pars domini, & quomodo, vide num. 16.
 - 6 Vsufructuario iuriso in eius praedicio nihil facit proprietarius.
 - 7 Vsufructuarius non cogitur per manus proprietarii accipere vsufructum.
 - 8 Vsufructus differt a Reditu.
 - 9 Res quomodo in vsufructu consideranda.
 - 10 Differentia vsufructuarius & bona fidei possessoris in fructibus colligendis & pendendis.
 - 11 Beneficiarius, sicuti sacerdotiorum vsuarii: item de male fructuum sacerdotiorum ad dispensatione.
 - 12 Vsufructuaria vxor relicta a marito instituitur liberis, nihil preter alimenta ex bonis percipit, nisi illi praecedant, vel extranei sint institui.
 - 13 Vsufructuarius non praescribit contra proprietarium, nec detoriorem substantiam vel causam vsufructus facit, & de cautione restituenda.
 - 14 Testator relinquens vxori vsufructum, non potest remittere ei cautionem.
 - 15 Vsufructuarius pecuniae & mobiliam quemadmodum caueat.
 - 16 Cautio hoc exigi potest & ante irrationem rei, & tempore vsufructus.
 - 17 De cautione praestanda ab vsufructuario, si moueatur ei controuersia, quod vti frui non possit aut debeat.
 - 18 Vsufructuarius potest propria auctoritate fructus colligere, non qui habet tantum emtionem fructuum pendendum.
 - 19 Vsufructuarius vtiur actione negatoria & confessoria.
 - 20 Vsufructuarius non debet abutere, & quae hic nomine vsufructus possit percipere ex re quae debetur.
 - 21 Vsufructuarius gregis, ex natis vel alius, debet supplere de mortua, & quando.
 - 22 Vsufructuarius quando teneatur Subrogare arbores.
 - 23 Refectio eius rei quae debet seruitutem & vsufructum, quando pertineat ad eum cui seruitur, vel eum qui debet.
 - 24 Seruis vti debemus & famulis secundum qualitatem, & alioquin rei, aliter abutimur.
 - 25 Vsufructuarius debet custodiam rei, unde percipit vsufructus, praestare, vendere vel alienare non potest proprietatem, nec pignori dare.
 - 26 Proprietarius iuriso vsufructuario vendit vel oppignorat proprietatem, dummodo sit sine praedicio perceptionis vsufructus.
 - 27 Vsufructuarius potest Vendere, Locare, & Alienare vsufructum.
 - 28 Qui vsufructum acquirat, potest conductorem ex re vsufructuaria expellere.
 - 29 Vsufructuarius adiu quid possit in his facere, & quid non: proprietarius quoque, quid possit in re debente vsufructu, & quid non.
- ¶ Nter debitas personis ¶ a rebus seruitutes, & vsufructus nu-
 meratur, *l. de seruit. in P.* quia sine persona, cui acquiritur esse non potest, *Papin. in l. vsufruct. l. 6. de stipul. seru. lib. 4. P. tit. 3.* V-
 vsufructus ¶ est ius alienis rebus vtendi fruendi, salua rerum sub-
 stantia, *l. de vsufruct. in P. §. 1. eod. tit. apud Iustin. Ius, seruitu-*
 tem signat in alieno *l. 1. §. fin. de rer. diuis. & verba, alienis rebus,*
 indicant nos loqui de vsufructu, non de fructu: Nam fructus
 iure

iure communi dicuntur domini rerum. Vocant hunc fructum interpres vsum fructum causalem, quia coniunctus cum sua causa id est, cum proprietate. *Florianus in rub. de usufruct. Capolla, libr. 1. de serui. cap. 4. & passim in glossa hac distinctio formalis & causalis usufructus.* Ego malo simpliciter, proprieque fructum hoc dicere. Fruus enim est re omnino gaudere. eaq; potiri ad dū addis vsum fructum, demonstras re non plane re potiri, sed vti vt fruaris tantum, & vt fructus sit in usu, quemadmodum plus est frui, quam vti, vt docet *Valia, libr. 5. elegantia, cap. 5.* Et vsum pro vtilitate fructuum adiicitur, vocant hunc *vsum fructum formalem*, quia habeat distinctam formam a proprietate separata a re, a proprietate scilicet alii competentem quam dominus proprietatis. Sic *Iulianus iuriconsultus*, inter fructum & vsum fructum, *l. vacca emtor 43. de emul. lib. 21. tit. 2. inter se dixit*: quod cum dicimus fructum rei, non ius. sed corpus demonstramus, sicuti prædiorum frumenta, & vinum, fructum recte dicimus, quæ non recte nomine vsum fructum appellantur, qui consistit in iure: Item vsum fructum non corpus, sed ius in corpore, quo sublato, & ipsam tolli necesse est, *leg. 2. de usufruct. in P. §. 1. eod. ap. Justinian.* Et componitur vsum fructus ex fructione & vsum, atque in facto aliquo eius, qui fruitur & vtitur, consistit, *l. 1. quantum dies usufruct. leg. eod. lib. 7. P. tit. 3.*

4 Sic *I*n multis casibus vsum fructus pars domini est, vt ait *Paulus in l. 4. de usufruct.* Vsum fructuarius dominus pro parte scilicet indiuidua, quæ & totum dicitur: *l. vnum ex locis, de serui. l. Sabinus. com. diuid. in P. censeur dominus.* Sic enim noue *Paulus* explicio omnis aliorum pugnis. *¶ Q*uo *I*tem *I*tem vt quemadmodum in re communi pro indiuiduo locus socio inuito quicquam agere non potest, *Paul. in l. recte dicitur 25. §. primo de verborum significacione*, sic nec proprietarius potest inuito usufructuario, proprietatem vendere in eius præiudicium, nec potest usufructuarius cogi accipere per manus proprietarii fructus, sed sibi ipse colligat, in quo differt ius usufructus a re ditu debito ex agro alciuis, vt eruditè tractat *Scavola in l. fundi Trebelliani 38. de usu & usufruct. leg. 4. lib. 33. tit. 2.* Qui enim usufructum habet, libere per se omnes fructus accipit rei usufructuaria: *l. de usufruct. leg. 107. litem si fundi de usufr. cum sim. l.*

6 *¶ C*onsidero *I*tem totam rem cum pleno dominio, quod habet proprietatem & vsum fructum seu fructum, *l. per procuratorem de acquir. possess. ita pars est, l. si vnus 28. §. ite si partus. de pact. in P. si consideres autem seorsum vsum fructum, vt ius seruicitatis, non pars domini est, sed dominium per se: quia in illis fructibus, qui proprietatem habent, ius non habet. & ita se explicat idem *Paulus*, dum dicit, vsum fructum non esse domini partem, *Paul. in l. recte dicitur 23. de ve. bon. signific. & addit, dict. leg. recte, §. 1. ita & intelligendus *Justinianus*. in §. si cui. de legat. vnam & eandem rem posse dici nostram pro parte, & totam nostram pro indiuiduo: imo & quando fructus pendet in fundo, non proprietarii, & ita pars domini in eius domino, nõ autem sunt usufructuarii, donec ab eo percipiantur, & a solo separantur, *l. si sur, 14. de usufruct. l. si usufructuarius 13. quibus modis usufruct. amitt. §. si vera. de ver. dicit. Cuius. l. in singulos, §. in fin. de annuis leg. lib. 33.***

7 *¶ I*n *I*tem si modo eius nomine sunt percepti, non alias: *¶ I*n *I*tem quo differt a bonæ fidei possessore usufructuarius: hic enim usufructuarius excisos & demessos vel collectos fructus, siue maturos siue immaturos suos facit, si modo ipse vel alius suo nomine id fecerit, nec interest num vna collecta expressa sint, vel grana ab spica excussa *d. ill. proxime citatis, & l. si ab sint §. si. de usufruct.* At bonæ fidei possessore quomodocumque & a quocumq; & cuiuscumque nomine fuerint a solo separati fructus, suos facit, *glo. singularis in hac distinctione, in dict. leg. si sur, 14. in verb. percipiantur. per l. qui sci 25. §. in alieno, & §. prater ea de usufr. in P. §. leg. an tepen. de rei vend. in P. ¶ Quod *I*tem beneficiarii obseruandum est, qui se dicunt usufructuarios sacerdotiorum, eoque nomine sibi fructus & hereditibus usurpant, propter auctoritatem *I*oannis *Andree in addit. ad c. premissi in verbo, reformari. de offic. ordin. in 6. seu cuiusdam glossella.* Quam tamen plerique merito reicere videntur, cum vsum fructum tantum putent, & procuratores & dispensatores rerum ecclesiasticarum & pauperum, *cautum 12. quest. 2. vt arbitretur committere sacrilegium eos, qui in alios vsum bona ecclesiastica abliguntur quam in pios vsum expendant, *Adrianum 4. §. 5.* Sic enim *D. Paulus vnus ex iis ad quorum pedes ferebantur Christianorum pecunie distribuendæ, prout cuique necessarium erat, dixit de se & sociis ad Timotheum scribens. ad Tim. 6. Habentes autem alimentis, & quibus***

legamur, his contenti simus. Vereorque ne de illis dicatur, quod de Iuda, qui loculos ferebat communes, & qui sur erat & latro & laqueo se suspendit, *D. Ioan. Euang. c. 13.* Et certe si verum fateamur, nunquam fuit is animus eorum qui largiti sunt, cleemosenarum nomine bona ecclesiæ ea impendi in magnifica illa prælatorum palatia, & castella, in tam præclaras vnguentarias, præditas beneficiariorum proximis: quia si id cura illis fuisset, potius sibi referuissent, & suos maluissent his gaudere, quam alienigenas ab omni munere ecclesiastico & oratione memoriamque eorum alienos, suis pennis superbe intruere adornatos. Verum ipsi viderint & forsitan respiciant aliquando, dum experientur tot trage dias ex voluptatibus, forsitan nimium crebris eorum qui pauperem sequi debent in ecclesiam matrem lugubrem excitas. Peperit certe religio diuitias, sed ipse pene suffocauerunt matrem. Curant plerique nunc de sibi conseruandis & rapientis ecclesiæ diuitis, olim autem sollicitudo maior in distribuendis. Olim omnis sollicitudo in inquirendo prælato, qui recte dispenseret oblata: hodie impudens auaritia in vsum fructus oblati: & cum olim vix sibi victum ex illis auderent portigere, nunc se dominos audent possessoris intrepide asserere. Sed Deus velit & hunc errorem cum reliquis emendare. Quod se usufructuarios dicant non inuideo, sed quod furtes aliqui sint, nec recte dispensent fructus, valde dolendum. Nec miror, si quod non accipit Christus, tollat fructus, *can. maiores 16. q. 7. ¶ Sed *I*tem pergamus, & ostendamus non consequi perpetuo ex cõclusionone quod quis sit usufructuarius, omnes fructus suos eum facere. imo restringi ad alimenta aliquando, vt non debeant ecclesiasticæ personæ agere ferre, si dixerimus eos tantum ex beneficiariorum fructibus alimenta delibare debere. Si vxor itaq; relinquat vsum fructum marito & faciat usufructuarius, non consequitur inde iure aliud, quam alimenta exstantibus liberis, vt defendunt omnes fere interpretes, *Bald. in auth. hoc locum, in vlt. q. si secum. nups. mulie. C. Iason in l. vlt. vers. in sex simili. de iudic. vid. toll. C. Baldus, & D. D. in l. Titia cum testamento, §. Titia. de lega. 2.* Id ipsum quando maritus exstantibus liberis illisque institutis facit dominam & vsum fructuarius bonorum suorum vxorem, vt ea nihil præter alimenta inde habeat *gloss. Bart. & omnes interpretes in d. auth. hoc locum, & d. §. Titia. Boer. q. 61. & quest. 194. Ludo. Roman. consil. 118. si præcedat de relictis liberis superstitibus: aliter enim si institutis extraneis relinquatur domina & usufructuaria, omnem vsum fructum perciperet: vel si institutis etiam liberis, illi præcederent, vt notat *Cæpolla lib. 1. de seru. vrb. præd. c. 4. num. 6. post Barto. in l. sicut in annos. per illum text. quibus mod. usufruct. amitt. & Alexand. consil. 6. in 3. volum.* Ceterum a matrimonio hoc ad coniunctionem prælati vel præpositi vel beneficiarii cum ecclesiæ, receptam ratiocinationem, *scilicet alterius 7. q. 1. nemo ambigit, eo excepto, quod sicut maritus accipit dotis fructus pro oneribus matrimonii, pro oneribus solut. matrim. C. l. dotis fructus. de iu. dot. in P.* Non ita prælatus accepit omnino, sed propter officium suum exercendum, quod & in cura pauperum, & in distributione reddituum versatur etiam, cum officio in res diuinas impendendo. *¶ Fructuarius *I*tem causam proprietatis deteriorem facere non potest meliorem potest. *l. acquiritur, 17. §. fructuarius, & l. usufructuarius 51. de usufruct.* neque vlla præscriptione ad retinendam proprietatem sibi suisque heredibus muniti, *l. neque fructuarius, lib. 8. de usufr. C.* Dicitur postremis verbis finitionis, salua rerum substantia vsum fructum esse, vt intelligamus proprietatem saluam esse debere domino: & proinde cauendum ab usufructuario se boni viti arbitratu vsum & fructurum, & cum vsum fructus ad se pertinere desiderit, siue mobilis rei sit, siue soli, §. itaque si pecunia & §. cetera, de usufr. l. 1. usufruct. quemadmodum. lib. 7. P. tit. 9. §. l. A. C. eod. *Iul. Paul. lib. 3. sent. tit. 6. §. lib. 1. tit. 11. l. 2. 3. 4. 5. 6. 11. de usufr. earum rerum que usu consumuntur.* se restitutum, id est, non deteriorem causam se vsum fructus factum, ceteraque acturum que in re sua faceret, *l. i. §. caute usufr. quemadmodum. ad. canea.* *¶ Et *I*tem sicut debet usufructuarius vti frui, sic debet & proprietarius securus esse de proprietate, *l. si cuius 15. de usufr. & quemadmodum. quis vti. vt etiam testator qui donat vsum fructum vxori suæ omnium bonorum, non possit cautionem remittere, l. 1. C. de usufr. ¶ Est *I*tem & in cautione vsum fructus rerum quæ vsum consumuntur, vt vini, olei, fumenti, vt quodcumque restitutum faciendæ sit, eiusdem qualitatatis restituantur cuius sunt cum datur, aut estimatis rebus, pecunia nomine caueatur, quod & facilius est, *leg. si tibi vini, 7. de usufruct. erat rerum que usu consumuntur. dicit. §. cetera.* Propter hanc cautionem, vtendi fructu arbi-*****

trio boni viri toties experitur proprietarius, vel is cui caurum est, *diuersi enim sit cautio, l. si tibi. 8. v. usufruct. quemad. caue. l. si tibi decem. 6. de usufruct. earum rer. que usu, &c.* quoties fructuarius re abutitur, *l. 1. §. habet. usufr. quemad. caue. l. damni infecti stipulatio. 13. §. si cuius. 2. de dam. infecti. l. inter fructuarium. 10. eod. tit.* & propter cautionem restitutionis faciendae, rerum que usu consumuntur sic sua substantia per subrogationem. ¶ Vlpianus & ante traditionem rei usufructuariae, & post cautionem exigi posse respondit, *l. quoniam pecunia. 10. §. 1. de usufr. earum rer. que usu consumuntur.* ¶ Huic alius est cautio, qua prospicitur usufructuario, si quaestio, quod usufructuarius non sit, illi moueatur, ob qua usufructus ei dari differtur, nisi caueat de restituendo eo quod ex fructibus percepturus est, si oportuerit, *Paulus, in l. cum scilicet. 67. §. si fundus. de usufr. & quemad. quis via.* si tamen ipse esset in possessione, cum ei mouetur controversia, non differtur perceptio. *l. pen. de agn. quoti. & usufr. eo quod pro illo praesumatur. §. commodum. de interd.* ¶ Quia ¶ & usufructuarius potest fructus percipere propria auctoritate, *l. fundi Trebatiani, & ibi notat. de usufr. leg.* quod non licet emptori fructuum fructibus pendentes, *l. qui pendentes vindemiam, de contrahen. emt. in P.* quia vendens fructus, videtur vendere corpora, *l. vacca, de emitt. P.* qui autem usufructum vendit, ius vendere videtur, quia pars domini, *l. 2. de usufr. l. recte dicimus. de verb. sign.* ¶ Et propterea ¶ usufructuario datur realis actio & coessoria & negotiorum que domino dantur, *l. usufr. si usufr. per. in P.* ¶ Cautiones istae itaque ¶ natura usufructus habent, ut usufructuarius re non abutatur, quae usufructum debet, sed tanquam bonus paterfamilias fruatur & percipiat quicquid ex fundo percipi potest ex fructibus, & lapidicinis, alluionibus, venationibus, piscationibus & similibus, *l. item si fundi. 10. l. sed & si quid. 19. in pr. & §. generaliter. l. 1. §. pen. & si. usufr. quemad. caue.* ¶ Proinde fundos recte colere debet, & seminarium agri conferendi causa paratum, semper renouare, quasi instrumentum agri, *d. l. cum de lanionis. §. pulvres. de fun. instrum.* ut finito usufructu, domino restituatur, *d. l. quoniam pecunia. 10. de usufr. ear. rer. que. &c.* ¶ Sicuti si gregis ¶ vel armenti usufructum habet, debet ex natis gregem supplere: & si quid natum non est, ex aliis aliunde perficere si gregis sit aliter usufructus, non autem si separatim singulorum caprum, *l. item si fundi. 10. §. seminaris. de usufr.* ¶ Cogitur ¶ per arbitrium ¶ sublerere arbores in locum demortuarum, *Vlpianus. in l. vetus. 75. §. si. l. vel inuulium. 76. cum seq. de usufr. in P. & l. haecenus. 8. §. 1. l. agri. 22. eod. vel excillarum, nisi sine culpa sua aut vi tempestatis fuerint euersae. Paulus. l. arbores. 66. eod.* ¶ Et quia ¶ omnes fructus ¶ rei ad usufructuarium pertinent, reficere quoque ades per arbitrium cogitur, haecenus tamen, ut facta tecta habeat, verum si qua parte vteritate corruiissent, nec proprietarius nec usufructuarius coguntur reficere. At si haeres eius qui reliquit usufructum, refecerit, debet pati fructuarium vti, qui tantum ad modicam refectionem tenetur, *l. usufructu legato. 7. & l. haecenus. 8. de usufr. P. l. inter fructuarium. 20. de dam. infecti. lib. 39. tit. 2.* quia in omnibus seruitutibus refectionis ad eum pertinet qui sibi seruitutem asserit, non ad eum, cuius res seruit, *l. est forte. 6. §. Gallus. si ser. vind. lib. 8. P. tit. 5. l. sicut refectionis. 8. eod.* Quam si non exlequatur, vel si abiens sit, heres & proprietarius, si faciat, ab eo repetit, *l. si absente fructuario. 55. de usufr. nisi vel ipse heres vel proprietarius ex pacto vel testamento & iussu testatoris teneantur reficere. l. si exiraneo. 53. §. si. & l. quod si heres. 54. de fundo dot. vel usufructuarius paratus sit recedere ab usufructu, si absente §. de usufr. l. cum fructuarius. 71. de usufr. in P.* dummodo ipse damnum non dederit aut sui, quod refectionem exigat: tenetur enim tunc quamuis velit cedere, *l. sed cum fructuarius. 72. de usufr. in P.* nam debet salua substantia rem restituere, ut diximus. Sicuti ceteri quid praeter facta tecta & ultra quam impendi debebat ab eo rogatus sit, potest a proprietario repetere, *l. cum ad quum. 7. de usufructu. C.* Ceterum in expensis istis faciendis distinguendum est, an respiciant rem ipsam, & ad conseruationem proprietatis pertineant: an vero usufructus gratia fiant, ut has usufructuarius sibi imputet, alias priores proprietatis dominus: quemadmodum minuunt dotem & imputantur vxori, non marito usufructuario, impensa necessariae in valetudinem seruorum factae, & pro vtilitate agri, ut si insulam rumentem fullerit, & similes, *leg. 2. §. 4. §. 5. de impens. in rebus dot. fact. lib. 25. tit. 1. l. vnic. §. sed nec ob impensas. de res vxor. actio. libro 5. tit. 13.* quae ad perpetuam vtilitatem proprietatis pertinent, non quae ad temporalem rei custodiam, quia ille sumptibus

fieri debent marito ut usufructuarii, *l. 3. l. penult. & fin. de impens. in reb. dotat. fact. in P.* Quod & in aliis quibuslibet possessoribus ferre locum habet, *l. sed est hereditas. §. 1. ad exhib. in P. l. in rebus. §. possum. commod. P. l. si res. de rei vin. in P.* Et haec vera, tamen si ferum in dotem datarum usufructus tantum ad maritum pertinet, & res restituendae sunt: aliter namque quando res estimatae datae sunt nec reddendae, sibi impensas imputat maritus, ut in rebus propriis, *l. interest. 7. de usufr. C.* Imputat etiam usufructuarius impensas omnes, quae usufructum respiciunt, etiam magnas. Nam licet praedia quaedam talia sint, ut magis in ea impendamus, quam de illis acquiramus, tamen usufructus eorum relinquere potest, *l. si aua. 48. §. si. de usufr. in P. l. arborib. 13. §. de illo. eod.* ut si usufructuarius velit assequi cum onere, habeat vel cedat, vel expectet fructum rei, si res habitura eum sit, quae nunc non habet, *l. si infans. 62. de usufr. P.* Quare & impendia in seruis qui usufructum debent, faciendae sunt ab usufructuario, siue sani sint, siue aegroti, *l. sicut impendia. 52. eod. tit.* eosque & sufficienter tenetur alere & vestire, secundum ordinem & dignitatem mancipiorum. ¶ Nec debent ¶ iis abuti, sed secundum conditionem eorum vti: Nam si librarium rus mittat, & qualum & calcem portare cogat, vel histrionem, balneatorem faciat, vel de symphoniaco atriensem, vel de palestra stercorandis latrinis praeponat, abuti videtur proprietate, *l. sed est quid. 19. §. mancipiorum, & §. sufficienter. de usufruct. P.* ¶ In summa, ¶ cum usufructuarius omnem curam rei, qua frui debet, suscipere, custodiam prestare ei debet, & agere quae in suis ageret, ut usufructuarius interpellaret, *l. 1. §. si. & l. 2. de usufr. quemad. caue. lib. 1. P. tit. 9. l. si fundo. de fund. dot. d. l. sed est quid. §. fin. & ne alienentur res, prospicere: neque habet in potestate proprietatem rerum oppignerandi, l. interest. 6. C. de usufr. vel vendendi, l. usufructu marit. 9. C. eod. l. item si fundi. 10. §. instrumentis. eod. P.* ¶ Proprietarius ¶ autem potest pignori dare, *l. 2. & 6. C. de usufr. & seruum usufructum debentem noxae dedere, cum inde usufructus non impediatur, item castigare dummodo de ministerio usufructus non reddat deformem, neve occidat, l. locum. 21. §. pen. & fin. de usufr. & quemad. quis via.* Potest tamen usufructuarius usufructum locare, vendere, vel rem fruendam alii aut precario concedere donare, vel fructus, quia & tunc is vti videtur, & sibi retinere nomine alterius, *l. arboribus. 13. §. usufructuarius. de usufruct. P. §. 1. de usu & hab. l. nam vititur. 45. §. 2. seq. & l. quod nostrum. 70. de usufruct. in P.* ut tandiu scilicet fruatur, in quem fit translatio, quandiu potest frui qui transferri: exceptis velibus, quarum usufructuarius est, quas non potest locare, quia sic non veretur illis bonus paterfamilias, *l. sed est quid. §. est vel instrumentum. de usufr. in P.* ¶ Potest & inuentum conductorem in re cuius usufructum acquirit, expellere, *l. auctores. 66. §. de usufr. P.* vti emptori quoque id ipsum locat, *l. Iulianus. §. si fructibus. de action. emt. in P. l. emtorem. C. locat. l. si cum vendens de contrah. emt. in P.* ¶ Qui adiu ¶ usufructum habet, potest lumina aperire quidem, sed non claudere, poterit & ornare picuris, marmore, sigillis: non dietas transformare, vel coniungere, vel separare, vel aditus posticaeque euertere, vel refug a aperire, vel attriu mutare, vel vitidaria ad alium modum conuertere, nec qualitatem aedium immutare, non alius tollere, non meritoriam ibi facere seu diuerforium, vel fulloniam, *de his Iulia. l. aquisimum. 17. §. sed stadium, cum seqq. §. §.* Sed etiam quid in aedificauerit, postea neque eum tollere hoc, neque refringere posse, refixa plane vendicare posse placuit, *l. sed est quid. 19. eod.* Nec ei aedificium incoatum consummare licet, etiam si aliter habitare non possit, *l. aquisimum. §. item Derna. l. usufructu. 7. §. hac ratione. eod.* nec nouum tectorum parietibus, qui rudes essent, imponere, etiam si melior fiat causa, *l. usufructuarius. 68. §. 1. eod.* nec nouum rium parietibus imponere, *l. usufructuarius. 51. eod.* Neque proprietarius ipse haec eadem facere potest, sine voluntate usufructuarii, *d. l. 68.* quia loci videntur in dominio, & ita inuito altero, alteri in re communi nihil licet, *l. parietem. 7. de seru. vrb. praed. in P. l. Sabinius. com. diuid. P.* ut neque proprietarius in area, cuius usufructus debetur, aedificium ponere possit, *l. usufructu. 7. §. fin. de usufr. l. repati. §. si. & l. 6. & 7. quib. mod. usufructu. amit. ne impediatur usufructum.* Sed nec seruitutem imponere potest proprietarius, etiam coscientie fructuario, nec amittere: acquirere autem plane potest inuito fructuario. Fructuarius tamen nec acquirere seruitutem potest, retinere autem potest: & si forte quaesita fuerit, non vtenite fructuario, amissa, hoc quoque nomine tenebitur, *l. sed est quid. 19. §. fin. de usufruct.* Verum potest proprietarius locum facere religiosum

confer-

consentiente usufructuario, idque favore religionis receptum, *l. p. in l. locum 21. de usufr. & quan. quis. vi.*

De Rebus, in quibus usufructus constituitur. Cap. 4.

- 1 *Omnium rerum potest esse concessus usufructus.*
- 2 *Etiamservitutum, & quomodo servitus servitutis esse potest.*
- 3 *Usufructus mobilium & immobilium constituitur potest.*

1 **Q**uamquam ex superioribus apparere possit, in quibus rebus constituitur usufructus, tamen per anacephaloesin breuiter explicio generaliter omnium rerum, quæ in patrimonio esse nostro possunt, constitui posse usufructum, nisi in legato excedat dodrantis ætimationem, *l. omnium 3. de usufr. P. l. 3. de usufr. earum rer. que usu consumuntur.*

2 **¶** Et quamuis servitus prædialis usufructus legari non possit, & ideo servitutis prædialis usufructus legari non possit, quia etiam nec in bonis nec extra bona nostra esse videtur: tamen incerti actione ab herede eius, qui legavit, peti potest, ut legatario quamdiu vixerit, eundi, agendi ducendique facultatem præstet, *l. 1. de usu & usufruct. legato lib. 32. P. tit. 2. ¶ Potest ¶ & constituitur pro parte bonorum, & pro parte diuisa & indiuisa, l. si alii usufructus 49. de usufr. in P. d. l. usufructus 5. eod. Ergo constitui poterit in fundis ædibus, seruis, iumentis, & in ceteris rebus, §. constituitur, de usufr. l. 3. §. constituitur, eod. P. soli & mobilibus, l. usufructus legato 7. eo. ex lana. l. si lana 11. de usufruct. earum rer. que usu consumuntur, odoribus aromatibus, statua, l. si statua 48. de usufr. P. numismatibus vel argenteis veteribus, quibus pro gemmis vriolemus, l. numismatum 35. eod. P. l. Proculus eod. in partu, l. vicius fui 75. §. quid tamen, de usufr. in his que vlu cõsumuntur. ea cautione & lege, §. constituitur, & leg. de usufr. l. 1. & 2. de usufr. uel. ear. rerum que usu consumuntur, quam superiori capite explicauimus.*

De Acquisitione & Extinctione usufructus. Cap. 5.

- 1 *Usus, habitatio usufructus, acquiruntur ultimis voluntatibus & pactionibus, quomodo per singula.*
- 2 *Servitutes aliquando fuerunt impræscriptibiles, nunc contra.*
- 3 *Usufructus extinguitur multis modis, ex parte rerum, personarum, deficiente conditione & tempore. Primum ex parte rerum.*
- 4 *Usufructus adium, que omnino corruerunt vel consumta sunt, non restituitur reflecto & ædificio ædificio, cõtra naturam seruitutum prædialium: vide & aliam usufructus & seruitutis differentiam, num. 10. seruitutes prædiales bene restituntur restituo ædificio vel prædio, &c.*
- 5 *Cessione usufructus facta proprietario, vel contra, usufructus extinguitur.*
- 6 *Usufructus etiam extinguitur ademptione, & repudiatione legati.*
- 7 *Usufructus ex parte personarum, morte & capitis minutione usufructuarii, non proprietarii extinguitur.*
- 8 *Morto filiofamilias vel seruo, qui usufructuarii relictus erant, usufructus remanet penes patrem & dominum, & contra, mortuo patre penes filium.*
- 9 *Usufructus qua capitis minutione perit.*
- 10 *Usufructus non extinguitur morte usufructuarii, nec minutione capitis, siis grauius est alteri usufructum restituere.*
- 11 *Usufructus & aliarum seruitutum prædialium realium differentia, que non extinguitur morte vel capitis minutione eius habet seruitutem.*
- 12 *Usufructus extinguitur deficiente conditione, & adueniente die.*
- 13 *Usufructus finitur non utendo: Exceptis operis seruatorum.*
- 14 *Usufructus relictus ciuitati, quomodo extinguatur morte, & alius modis: vide num. 11.*
- 15 *Ararium ciuitati inducere quid, & quibus indultum.*
- 16 *Ciuitates quomodo intereant.*
- 17 *Usufructus relictus ciuitati, extinguatur centum annorum spatium. Ecce si relictus usufructus quoque centum annorum tempore finitur.*
- 18 *Extinctus usufructus ut plerumque ad proprietatem reuertitur, & quando alio.*
- 19 *Iure accrescendi quomodo usufructus accedat.*

21 *Coniunctio iuris accrescendi tripliciter fit, re, verbis, & triquisq; interuenientibus.*

Constituitur & ¶ acquiritur usufructus usus, & habitatio ex ultimis voluntatibus ut ex legato *l. 3. & 9. de usufr. & quemad. quis. vta. 10. tit. de usu & usufruct. legat. conuentionibus, pactionibus & stipulationibus, §. sine testamento, de usufruct. P. & l. 3. §. sine testamen. eod. titul. per iudicium familiaris erescendæ & communi diuidendo cum alii usufructum, alii proprietatem index adiudicauerit, l. usufructus, §. constitutio, de usufr. P. vel pure, vel ex die, vel in diem, l. 3. & si. de usufr. l. 1. §. item si ex die, quoad usufructus, leg. ced. lib. 7. P. tit. 3. l. 1. quibus modis usufructus, amitt. in annos singulos, l. 3. quibus mod. usufruct. vel usufruct. lib. 7. P. tit. 4. vni vel duobus simul alternis: pnis, l. 2. §. fin. eod. sub conditione, l. sub conditione 61. de usufr. Inutiliter tamen relinqueretur usufructus alicui, cum is morietur, collatus in id tempus quo a persona discedere incipit. ¶ Acquiritur ¶ quoque; præscriptione longi temporis codicis iure, l. fin. de præscript. long. temp. quamuis antiquo, quo impræscriptibiles erant seruitutes, l. seruitutes, lib. 14. de serui. aliud fuisset receptum *l. iusto l. 4. §. antepe. de usur. P. item iure accrescendi, l. 1. & 4. §. 1. de usufr. accresc. P.**

¶ Extinguitur ¶ autem usufructus, vel ratione rerum, quæ debent eum, vel personarum, quibus debetur, vel deficiente conditione vel tempore: ex parte rerum, si res in qua usufructus erat constituitur interierit, ut si ædes incendio consumatur, *l. Titio, §. 8. de usufr. P. l. 5. de usufr. legat. P. cum similib. ibi nota.* vel si terra motu, vel vitio suo corruerunt in totum, ut nec aræ quidem usufructus debeatur, non cæmentorum, §. eo amplius constat, de usufr. ap. Iustin. Vlpian. l. repeti potest, l. 5. §. rei mutatione, quibus mod. usufr. amit. lib. 7. P. tit. 4. l. seruitutes 19. §. si sublatum de serui. verb. præd. lib. 8. P. tit. 2. l. quoties 41. §. fin. eod. tit. de usufr. l. si. cui. de usufr. P. etiam si reficiatur ex iisdem cæmentis, l. quid tamen 10. §. in nauis, quib. modis usufr. amit. In quo hæc seruitus usufructus differt a seruitutibus realibus prædialibus, in quibus restituo ædificio restituitur seruitus, d. l. seruitutes, §. si sublatum, l. si testamento, & l. cum, de serui. verban. l. & si socio, & leg. etiam si serui. vnd. in P. Veruntamen ¶ si usufructus fundi legatus sit, & in eo ædificia sint, & interierint vel corruerint, usufructus aræ erit eius, cuius est & fundi, non enim principaliter usufructus adiu legatus erat, sed fundi, cui ædificium ut accessorium aduenit, *l. penult. & fin. quibus modis usufr. amit.* Si pecus quod in usufructu est moriatur, caro & corum pecoris non sunt in fructu, *l. fin. eod. Perit & usufructus legati gregis, si tantum numerus gregis decreuerit, ut grex non intelligatur, l. fundi 8. & l. sed & eod. tit. & l. quid tamen 10. quibus mod. usufr. amit. l. qui usufructum aræ 43. de usufr. P. Mutatione quoque rei interit usufructus, ut si testator qui legauit usufructum balnei, ex balneo tabernam vel dietam fecerit: Histrionem cuius debitus usufructus, in alium ministerium transtulerit, l. si cni balnei 12. eod. quib. mod. usufr. quia ius hoc est in corpore leg. 2. de usufr. in P. §. 1. eod. tit. ap. Iustin. veluti accidens in substantia, & corpore sublato, necesse est hoc ius interire. Quo fit, ut redeunte statu corporis, natura sine artificio in pristinum statum redeat, & extinctus vel melius suppressus usufructus: vel quando ager in quo usufructum habemus occupatur a flumine, amittimus usufructum, & quando eodem impetu recesserit aqua, quo venit, sicut restituitur proprietatis, sic & usufructus, *l. si ager 23. & l. cum usufr. 24. quibus modis usufr. amit.* Sic si ager ab hostibus sit occupatus seruusve captus, & redeant vel redimantur iure postliminii, restituetur eorum usufructus, *l. si ager ab hostibus 26. eod. l. postliminium, de capti. & postliminio reuerf.* Neque tamen vlcupatio proprietatis priuat aliquem usufructu, *l. locum 21. §. proprietarius, de usufr. in P. l. iusto 44. §. non mutat, de usufr. lib. 41. P. tit. 3. quamuis paulo aliter dixeris in operis legatis, nam seruo vlcupato, legatum operum eius perit, l. 2. §. fin. de usu & usufr. leg. ¶ Extinguitur ¶ deinceps usufructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur: nam cedendo extraneo nihil agitur, vel ex contrario, si usufructuarius proprietatem rei acquirerit, quæ res consolidatio appellatur, *l. in finitur, de usufr. ap. Iustin. ¶ Item ¶ redemptione legati, l. si tibi fundi 17. l. si seruus 27. quib. mod. usufr. amit. l. quoties 41. §. quod si filius, & l. dominus usufructuario, 64. de usufr. P. l. etia a testatore, l. per seruum 14. §. fin. de usu & hab. P. lib. 7. tit. 9. l. idem generali 31. §. idem que sit de usu & usufr. leg. P. vel repudiatione legati, l. si Titio fundus 10. de usu & usufr. legat.***

usufruct. accrescend. nisi sint & verbis coniuncti, l. si duobus, §. fin. de legat. 1.

De Diuisione seruitutum realium prædiorum. Cap. 6.

- 1 Seruitutes reales prædiales, aut in solo, ut rusticae: aut in superficie, ut urbanae: prædium urbanum quid faciat, & quid urbanum.
- 2 Urbana seruitus quid.
- 3 Rusticae seruitutes in affirmatiua consistunt.

1 Seruitutum prædiorum alia consistunt in solo, alia in superficie, Paulus in l. 3. de seruit. P. Seruitutes toti, rusticae dicuntur: superficiae vero urbanae, l. seruitutes quo 19. in fine, de seruit. urban. præd. Urbanum prædium, non solum, sed materia facit, l. urbana prædia 198. de verborum significatione, & l. urbana familia 166. eodem titulo, l. si prædium, C. de præd. minor. ædificiaque talia sunt, quæ vel in vicis, vel in villis, vel alio loco extra urbem sunt sita, dist. leg. urbana prædia, i. commun. prædio, in P. §. prædiorum, de seruit. ap. Iustin. & stabula ædificiis coniuncta: nõ coniuncta enim rusticis accedunt, l. eod. iure 4. §. stabula, in quib. cau. pign. vel hypoth. tac. contrah. l. 20. P. tit. 2. per se enim urbana ædificia dicuntur habitandi causa constructa, ad similitudinem vrbis. Quare duo requiruntur in illis, nempe ædificium, & quod causa habitandi sit, dist. leg. urbana prædia. Omitto reliquas vrbani appellationes, nam latiori vocabulo quam egeamus comprehenduntur: veluti si dicamus urbanum, quod ambitu murorum vrbis continetur, l. 2. de verborum signifi. vnde & prætor vrbani, l. 2. §. cumque consules, de origin. iur. in P. Item etiam vocamus urbanum, quod ad vrbis vel vrbane habitationis comparatum est, veluti supellectilem vrbani, l. quemadmodum, de supellect. lega. seruum vrbani, l. seruus vrbani, de leg. 3.

2 Urbanae seruitutes sunt, quæ vrbani ædificiis adherent, §. prædiorum, de seruit. rust. l. i. commun. præd. in P. id est, quæ debentur ædificiis vrbani, vel a prædio vrbano vel a rustico. Sicuti & rusticae, quæ inhaerent prædiis rusticis, eisque debentur vel ab vrbani vel a rusticis prædiis, sine quibus non possant constitui, d. l. i. commun. præd. §. de seruit. rust. ¶ Omnes seruitutes rusticae sunt in affirmatiua autem, veluti ius esse eundi, agendi, & sic de similibus. Urbanae autem, & in affirmatiua & negatiua consistunt, ut ius esse alius tollendi vel non tollendi, stillicidium auertendi, vel non auertendi, &c. l. i. §. ubi gloss. in verbo & efficiendis, de seruit. vrb. prædi.

De Seruitutibus vrbani, primum de Seruitute oneris ferendi, de Parietibus, & de his quæ admoventur illis, Balneis, Tubulis, Fornacibus, Lattinis, Cloacis. Cap. 7.

- 1 Oneris ferendi seruitus urbana.
- 2 Qui debet seruitutem oneris ferendi, debet columnam vel parietem gerinum reficere, non qui habet.
- 3 Potest tamen dominus inferior relinquendo rem se onere liberare.
- 4 Parietes pro columnis, & quid paries.
- 5 Porticus, paries aperti.
- 6 Parietes gerini & intergerini, & liberi qui.
- 7 Per Areas distributa loca fundandis ciuitatibus designata, vbi ædificia fierent.
- 8 Leges de crassitudine parietum ædificiorum latae.
- 9 Domus Roma primum vnius contignationis, postea plurium, ædificata ab aditu plano, cella, penaria, cubiculum, coenaculum, vnde dicta, &c.
- 10 Modus altitudinis domorum quando, & qualis prescriptus.
- 11 Appellatio Parietis & murum, & maceria continet, & quid vtrumque & siccus paries, maceria, &c.
- 12 Parietum variae distinctiones a materia qua sunt: Marmorei, cementini, crassii, fornacei, &c. & qui.
- 13 Parietibus balnea vel tubulos nam liceat admoventi.
- 14 Parietibus vicini quando fornacem admoventi liceat.
- 15 A furno damnum datum vicino, qua actione petatur, & quomodo ne detur proficiatur.
- 16 De Furno & molendino bannario.
- 17 De Sclatarum admoventione ad parietem vicini, quando permittatur.

- 18 Parietum fundandorum lex ex Solone, & de interstitio seu spatio pedum iuxta vicini prædium vel murum relinquendo.
- 19 Capolla contradictio, de interstitio ædificandi iuxta vicinum, & delecta opinio.
- 20 Interstitia inter duos parietes inuenta ciuili sunt.
- 21 Signa quibus murus proprius vel communis probatur, & docentur.
- 22 Ædificare super parietem alterius, vel in alterius solo quando liceat.
- 23 Fistulas & tubulos per parietem immittere quando liceat.
- 24 Lattina quando & quomodo vicino parieti adiciantur.
- 25 Fodere vel cauare sub alieno non liceat.
- 26 De Puteis, penis terrestri, cloacisque iuxta vicinum, ædificandis.
- 27 De Machinis ædificandi causa in vicini pariete admoventis.
- 28 Sterquilinum non licet habere iuxta vicini parietem, vel iuxta communem, nec in suo quod noceat vicino.
- 29 Ferendum serquilinum vel cornua, non possunt iuxta vicinos poni, si odor offendat vicinos.
- 30 De pariete in vicini edes ventrem faciente emendando, & de alio pariete reficiendo, quomodo & a quo & cuius expensis reficiendus, Socius, qui contumax est in soluendo refecionem parietis communis, amittit ius quod sit in solidam refecionis.

Seruitutes vrbanae sunt enumeratae a Iuliano, Caio, & aliis, Iustinian. in §. prædiorum, de seruit. rust. præd. l. 1. 1. & 3. de seruit. vrb. præd. Prima, ut onera vicini sustineantur, l. si forte 6. §. etiam si seruit. vindic. lib. 8. P. tit. 5. dicta seruitus oneris ferendi. Cuius ædificium iure superius est, eius est supra suum ædificium imponere dammodo inferiora ædificia grauiore seruitute non oneret, quam pati deberent, leg. cuius, 23. de seruit. vrb. prædior. in P.

¶ Et hoc singulari in hac seruitute, ut is qui debet seruitutem, quæ habet ædes, quæ debent columnam vel parietem oneri ferendo, debeat parietem restituere, non is qui onus vult imponere, quia perpetuum talem, qualis erat tunc, cum imposita fuit seruitus debet, l. cum debet columnam 32. de seruit. vrb. præd. Et ita actio pro hac seruitute competit, ut onera ferat & ædificia reficiat ad eum modum, qui in seruitute imposita comprehensus est, & potest eum singulari iure cogere, Vlpian. in l. si forte 6. §. etiam de seruit. si seruit. vind. P. l. sicuti 8. §. distant. eod. titulo, neve faciat deteriore, quam debeat, aut operis noui nuntiatione aut hac actione confessoria prohibere, d. l. si forte, §. parietem, Potest & petere, si non reficiatur, vel si opere non competenti ædificetur, fructus scilicet commodum, quod consequeretur, si onera vicini sustineret, d. l. est, §. modus, & §. veniant & fructus. Tuncque per iudicem imperatur vel refectio, vel cautio: alioquin & in litem iuratur, quanti interit, l. harum actionum 7. & l. sequen. eod. si seruit. vind. ¶ Verum & hoc singulare est in gratiam domini ædium quæ seruiunt, ut quia hæc est seruitus rerum, non personæ: possit relinquendo rem liberari, dist. leg. & si forte, §. Labeo: & ita refectio erit liber, vt usufructuarius, rem omitendo, l. cum usus, vel auarus, & l. sed cum, de usufruct. in P. Sed quia plura sunt onera quæ parietibus imponuntur, de his pauca dicenda sunt, & quia parietes debent esse oneribus ferendis pares: alioquin nec recte seruitus illis imponitur, vel si imponatur onus nimium graue, proxima ruina est, & commoditas vtilitatis interit. ¶ Parietes sunt, veluti singulae perpetuae in latitudinem & altitudinem columnæ, Leo Baptistia & Albertus, lib. 1. de re ædificatoria cap. 10.

¶ Vti porticus est pluribus in locis apertis paries, vnde sunt latiores in imo, sed contractiores in verticem, ad imitationem columnarum tollendi sunt. Nam & onera isti sustinent, sed alii aliis maior.

¶ Qua ratione alii intergerini, alii gerini, alii liberi sunt ab onere. Intergerini sunt, in quos onera duarum domorum, vel duarum diuersarum partium domus, incumbunt & sustinentur: dicuntur vulgo communes & medianii: gerini sunt, qui vnus partis onus sustinent, ut qui in angulis insularum sunt, quive liberi a trabibus: liberi dicuntur, qui extra ædificia sunt, areas diuidentes, vel cingentes fundos, macerias, sepes. ¶ Ab initio fundatis ciuitatibus areas siue loca distributa fuerunt pro priuatorum domibus ædificandis singulorum, iuxta numerum ciuium recipiendorum. Vnde hodie alicubi, & fere vbi que in ciuitatibus norunt consules vel decuriones, quot fuerint

area, quot nunc quisque possideat, & edificii dilatans auaritia vel cupiditate, vel necessitate rei familiaris, vt census impositio & exactio pro modo possessionis loci facilius sit. ¶ Romæ & idipsum alias factitatum, & diuisa area, legesque ædificationi parietum imposita, ne areae habitationi destinatae parietibus occuparentur. Et proinde, inquit Vitruuius lib. 2. de architec. cap. 8. Plinius quoque, lib. 35. ca. 14. leges publicæ non patiuntur maiores crassitudines quam sesquipedales constitui loco communi: Ceteri autem parietes, ne spatia angustiorem fierent, eadem crassitudine collocantur. Laterritii vero (nisi duplino, aut triplino fuerint) sesquipedales crassitudine non possunt plusquam vnam sustinere contignationem. In ea autem maiestate vrbis & ciuium infinita frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. ¶ Antea & quidem vnius tantummodo contignationis erant domus in plana area, vnde ædes ab aditu, quod plano pede adibant. Et in illis erat area quadam operta nec recta, locus intra parietes patulus, qui esset ad communem omnium usum, dictus *cauedium*, circa quod erat, vniuersi cuiusque rei, vtilitatis causa parietibus dissecta: vbi quid conditum esse volebant, a celando *cellam* appellatur: *penariam*, vbi penus: vbi cubabant, *cubiculum*: vbi cœnabant, *cœnaculum* vocitabant, vt horam omnium auctor Varro lib. 4. de ling. Lat. ¶ Et altitudo & ædificandi constituta tempore Cæsaris, l. 1. de edific. prima. C. Ceterum cum recipere non posset area plana tantam multitudinem ad habitandum in vrbe, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit deuenire. Itaque pills lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis, altitudines extructas, contignationibus crebris coaxata, quæ cœnaculorum summam vtilitates percipiunt & deiectiones. Sic inquit Vitruuius lib. 5. cap. 3. mentianis & contignationibus multiplicatis populus Romanus egregias cepit habere sine impedimento habitationes. Superuenit lex ædificatoria Traiani, ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes, ob ruinas faciles, & fumus, si quando hæc contingerent, exitiosos, Sert. Aurel. Victor, in epito. Cæsaris, in Traiano. ¶ In iure & appellatio parietis continet & murum & maceria, l. quantum 157 de verbo. sign. & ibi glo. de maceria, in l. si precario 18. com. præd. Pan. Murum cum cæmento: maceriam sine cæmento, & siccum, vt vocant, parietem arbitrantur. ¶ Sunt & tamen alia parietum distinctiones, a materia & forma tractæ: nam quidam sunt marmorei, alii ex lapide quadrato constantes, alii cæmentitii ex informibus, sed imbricum modo herentibus lapidibus: sunt testacei, ex latere igne præcocto: latericij, ex crudis lateribus sole tantum ficatis: sunt craticij, ligneis cratibus aut canis in modum cratis, implexis inter arctæriorum & transuersariorum dispositiones, luto induto subagitato, vel commixto fæno vel palea. vocamus Tholosa, tortis, alibi vt Parisiis craticij gypso replentur & ædificantur. Sunt formacei, de quib. Plin. lib. 35. c. 14. fidor. lib. 15. ætymolog. c. 9. qui in forma intra duas tabulas instruntur, dum infarcitur forma, terra ante subacta, & ibidem vetricibus depressa, vocamus, *parois de table*. Maceria alii, vt diximus ex cæmentis sine arenato connexis. Craticios improbat in ædificiis ob incendia Vitruuius his verbis, lib. 5. c. 8. Craticij velis ne inueniri fuissent. Quantum enim celeritate & loci laxamento profunt, tanto maiori & communi sunt calamitati: quod ad incendia, vtriusque, sunt parati. Itaque satis videtur esse impensa testaceorum in sumis, quam compendio craticiorum esse in periculo, & c. Formaceos æuis durare incorruptos ventis, ignibus, imbris omnique cæmento firmiores tradit Plinius lib. 35. c. 14. in Africa, Asiaque. In iure quidem & hæc obseruari debent. Verum quod pertinet ad usum seruitutum, hoc vnum mihi videtur tantum perpendendum, vt oneri ferendo paries sit idoneus & sufficiens, siue agatur de partiario intergerino, vel alio. Et proinde onera erunt, quæ parietibus imponantur, consideranda. ¶ Quare & balnea vel tubulos non licet facere contra parietem vicini, si is ex illis lædatur, etiam si sit partiarius: contra, si non lædatur. l. fistulas, in prin. & §. 1. de seruit. vrb. l. quidam Iberus, §. fin. eod. l. fistula, si seru. vind. At si paries sit alienus, vicinus non potest habere contra eum vilo modo sine iure seruitutis balneum, nisi iuxta murum vicini alium sibi ædificet sufficientem ad id munus. ¶ Idem & de fornace dicendum est, nisi paries communis fornacis esset deputatus, leg. arboribus, de v. fr. l. ades, com. diui. in P. Locum duobus, §. item mela, pro soc. P. glo. in l. Sabimus, com. diui. in P. In suo tamen potest quis ædificare contra parietem vicini, dummodo periculum incendij non imminet: tunc enim prohiberi potest. d. l. quidam Iberus. ¶ In & farno, si vicino parietem eo damnatum datum est, vt quia combustus agitur actione in factum legis Aquiliae l. si seruus seruum, §. si fur, ad l. Aquil. l. fluminis, §. spræterea, si furni, de dam. inf. et. si datum adhuc non sit, sed vereamur ne accidat, vel ex vno furni & fornacatij, petitur cautio. d. §. si furnus & ibi interpret. ¶ Non tractabo & hic de furno seu clibano bannario, quæ habet aliqui, ad quod tenentur certi ratione iuris quæstii vel trāsacti, ite & coquere: vt alteri non licet inibi aliud clibanum habere vel a edificare: sicut de molendinis seu pistrinis bannariis dicitur: hæc enim quæstio forsitan ad seruitutem quodammodo pertinet, sed non ad parietis seruitutem: proinde reiciam videndam tractationem ad Petrum Iacobi, in praxi in libello de furno. Cepollam, lib. 1. de seru. vrb. præd. c. 50. Albericum de Rozato, in 1. parte statutorum, §. 135. Guidonem Papæum, §. 298. ¶ Aliud & vnus quod imponitur muris seu parietibus a vicino, est *scalarum*, quæ adiungi possunt ab altero vicinorum muro communi, si illæ possint fieri sine damno parietis puta quia lignæ, quæ per se aliquando stare possunt, duabus infixas trabibus, nec impediunt refectionem vel comoditatem vicini in pariete communi, l. fistulam 18. §. pen. & fin. de seruit. vrb. præd. P. videlicet quod lumina eius non offendant, vel alio modo non nocent scalæ recte itionis, minus, vel nihil parietem communi cui adiacent, nocere possunt, cum parum vel nihil in eum immitti habent. Scalæ quoque lignæ cochliides non multum inuitant parietibus: lapideas certe cum vinci desiderant parietibus non licet vicinis parietibus adiciere citra ius feruitutis, vel sine consensu socii partiarii, nisi si paries non lædatur: siquidem si immo dice non lædatur, licet vt re communi, & si socius prohibeat, experiri communi diuidendo, leg. si ades communes sint 12. & l. Sabinus 28. & ibi glo. com. diuid. P. lib. 10. tit. 3. At si iuxta vicini parietem non inueniuntur sine icalas coniungere vult, & tigna immittere, nullo modo licet, sed intra domum suam, vel murum, & fundamenta scalarum ædificet oportet, vel ius feruitutis in parietes quarat, iuxta tamen, sed non affixas habere poterit, vide Cepollam, lib. 1. de seru. vrb. præd. c. 54. ¶ In summa, & leges parietum hæc sunt generales. Prima est ex lege Solonis, si quis sepem aut maceriam iuxta alterius regionem, id est, fines, l. pro regione, & ibi glo. & l. inter eas, si. reg. in d. in P. effoderit, terminum non excedat: si autem murum, l. pedem derelinquat: si domum duos pedes: si autem sepulcrum, aut foueam effoderit, quantum profundum, tantumdem derelinquat: si autem puteum, passum, leg. fin. reg. in d. in P. lib. 10. tit. 1. Arbitror rationem eius sanctionis esse, quæ in muro pedem vnum spatij requirit, & in domo duos, fundamentorum caulam. Quia murus iuxta fines alterius ædificatur fundamentum in suo non in alieno debeat ponere, vt & domum ipsam. Et quia diximus instar columnarum parietes extrui, apparet fundamenta vel fundamentorum extructiones latius ædificari, vsque dum ad area plantitiam coæquantur postea, vt minus latum & arcus perficitur extra planiciem ædificium, Leo Bap. ff. l. abser. lib. de re edific. cap. 10. Et quia ædificia solidiora esse debent, quæ domus causa sunt, vt prope ad sustinenda onera destinata, ideo & profundiora & latiora excavari eorum debent fundamenta. Atque, 2. pedum relinqui debere interstitia in maceris & sepibus placuit, quia nulla excavatio sit, nec fundamenta, sufficit obseruare terminorum legitimos fines, quod in pariete ligneo & craticio locum habere mihi videtur. ¶ Ceterum & non exigua quæstio est, num in ædificiis vrbanis iuxta parietem socii ædificatis, ista interstitia pedis vnius vel duorum seruari debeant, & locum habeant. In hoc sibi sæpe contradixit Cepolla. Nam ex professo de hoc agens pluribus firmare videtur, locum habere, Cepolla lib. 1. de seru. vrb. præd. cap. 40. num. 2. & §. 61. num. 3. alibi tamen sæpius, repetit, locum non habere, nec spatium illud relinqui debere, Cepolla eod. lib. bro 1. cap. 52. num. 2. & c. 65. num. 6. Mea sententia in hac re contraria erit, vt si vicinus in suo solo ædificans fundamenta latiora faciat intra solum suum, & postea, extra planiciem iuxta vicini parietem ad perpendicularum vel ædificare, possit: nam & inde vicinus vtilitate accipiet, quod eius paries fortior inde euasurus sit, vt virtus vnita maior se ipsa disperdat, ita licet, dummodo non noceatur vicino. Sed illa quæstio, si noceat, alia est. Ratio autem diuersitatis, cur hoc potius in vrbanis liceat iuxta parietem ædificare vicinis, non autem iuxta fines fundi rustici, est satis idonea, vt mihi videtur, quod per ædificium additum vicino ædificio, nihil noceatur vicino, at iuxta fundum ædificando, ædificio noceatur, quia fossione fundamentorum, si iuxta fines proxime fierent, semper ex necessitate operis & propter fragilem terram & facile deciduam, læderentur & minuerentur fines vicini: ideo intersti-

interstitium relinqui maius debet, quamquam quis in suo totam substructionem fundamentorum faciat. Resistit autem in vrbis paties vicini, ne qui ppiam vicino adimatur. Subiicitur & lex illa Solonis, titulo Finium reguendorum, cuius actio ad rustica praedia tantum pertinet, l. 2. *fin. regund. in P.* Accedit quod si la interstitia relinquerentur in aedificiis vrbium, deformes faturas ciuitates, & in illis spatii murium & immunditiarum, tantum fore receptacula, vt feret tot essent cloacae putridae in ciuitate, quot domus, quae salubritati maxime aduerfiantur, cum caelum pestilens & ruinas minentur earum immundities. l. 1. *de cloac. lib. 43. P. titul. 22.* vti obseruauit in quibusdam oppidis, vbi haec interstitia vifuntur.

20 ¶ Si tamen hoc spatium inueniatur inter parietes, certe eius erit, & vsus ad illum solum pertinebit, qui reliquit, si quidem constat quis reliquerit vel instrumento, vel probatione alia, vel per ipsum parietem, quod fundamenta eum locum intra terram occupent, vel quod in pariete sint regulae vel lapides eatenus se extendentes, vel aliter. Quod si non constet, spatium illud commune inter vicinos censetur, exemplo insularum inter duas ripas natarum, l. *inter eos, 29. Et. pro. rigions, de acquir. rer. dom. in P.*

21 ¶ Porro si signa muri proprii sunt, vbi probationes ex titulis & testibus, vel aliis manifestis non apparent: si quis fenestras in eo habeat, quae perforent totum murum: quod alias non licet, l. *quidam lberus, de seruit. vrb. praed. nisi* & vicinus vicissim similes haberet in eodem muro, quia videtur tunc esse murus pro indiuisio communis: veluti si vterque haberet tigna in parietem immissa extra mediam partem parietis, gloss. in l. *si adus communis, diui. P. vide de istis signis parietis proprii vel communis, Capellam, de seruit. vrb. praed. c. 40. num. 53. Et sequen.* De hinc armaria Foruli seu armariola sunt in muris, quae si ad medium vsque ex vtroque latere vicinorum penetrant, docent pro diuiso murum communem: si vltra medium pro indiuiso. Si autem ex vno tantum vicini latere & parte parietis, is solus vicinus videtur dominus: nisi contra alia signa pro vicino aduerso concurrant, puta quod in illum parietem habeat immissa tigna. Sic & aliud signum domini proprii, si tibi vel infirmis tubula caminorum, vel arca ipsius camini excedat medietatem internam muri: quod & in tubulis latinarum obserua, quia in communi vel alieno pariete haec fieri vel alia similia nequeunt, l. *quemadmodum, §. si proteclum, ad leg. Aquil. l. qui vitam, §. fin. ad ianuam, quod vitant clam. l. Sabinus, commun. diuid. cum similib. l. parietem, de seruit. vrb. praed. P.* Obseruato perpetuo, ne paria quoque signa vicinus in eodem pariete habeat, quo casu esset communis paries pro indiuiso. Probant parietem quoque esse alicuius, si eius insignia domestica, vocant armis, insculpta vel picta inueniantur, l. *qui libertatem, §. si, Et ibi Bar. Et l. si, de oper. liberr. Bar. in tract. de insignib. Et armis.* Et sunt etiam adhuc vestigia parietis antiqua consideranda, & si aedificium destructum sit, num ea sint ex genere eorum quae diximus communem murum docere, vel quae seruientem: nisi alius vicinus qui negatoria vititur, doceat illa vestigia esse, quod attentata alia seruitute, fuerit ea prohibita, & opus factum ideo destructum. Sed & in reliquis adhibendum est iudicium peritorum architectorum, vel eorum qui experti ista solent iudicia referre iudicibus.

22 ¶ Aliud tamen onus quod apponi potest parietibus, est supra alienum parietem vicini aedificare, quod non fit nisi cum iure seruitutis, alioquin aedificium cedit inferiori aedificio. Id ipsum sentio si supra communem solus socius non consentiente socio aedificet. Nam aedificium continuatum seu immobile eius censetur, cuius in iure erat: quod tamen non debebat seruientem, vt cedat aedificatum domino soli, l. *si supra, 28. de acquirend. rerum dom. P. l. fundi, l. granaria, de action. emito. P.* si tamen mobile sit aedificium in alieno tolli a dominio poterit, l. *Titus horreum, 60. eodem titul. de acquirend. rer. dom. l. si gemina, arbor furt. casar. P. leg. fistulam, §. penult. Et fin. de seruit. vrb. praed. P.* Aliud quoque, t quando fistula vel tubula per parietem immituntur, vnde fluat in vicini aream aqua, vel supra parietem canales ad aquam excipiendos: nam haec non licent extra seruitutis ius, l. *si fistula, Et l. fistula, de seruit. vrb. praed. l. fistulae, Et l. fundi, §. penult. Et fin. de seruit. vind. P.* vel nisi in plano iuxta parietem ad aquam stillicidii vel lotionum extra seruandam: cauere enim debet vicinus qui canales etiam in suo admouet, ne resiliat in canalibus seu aquariis vel tubulis aqua, ex qua laeditur vicinus. ¶ In latrinis t quoque de tubulis dicta sunt, repetenda sunt, sed & annotan-

dam, non oportere aedificantem in suo serobem pro excrementis excipiendis, obseruare interstitia Solonis. *legom fin ad us, fin regund. non obseruari hic tradit Capella, l. br. 1. de seruit. vrb. praed. c. 65. num. 6.* de serobibus, effodiendis, & de fossis in rusticis praediis iustis, potissimum, quia solent istae serobes fieri muro conclusae, arcuatae, concameratae, vt quando opus est purgati possit. ¶ Sitamen t unde paries vicini, vel communis laedatur, ius prohibendi est, vt puta, si excavetur locus subtus aream vicini, cuius solum illi vt supra vsque ad caelum liberum sit, & quod infra superficiem est l. *altius, C. de seru. l. fin. de seru. in P.* nec infra fodere vel subtus licet alienum, l. *venditor, §. si constat, commun. praed. l. diuortio, §. si vir in fundo, solut. matrimon.* Sed & qui puteum prope habet vel perum subterraneum quales apud nos frequentes ad conferuandum triticum, vocamus, *oreux,* si eo ex latrina vicini, vel eius fossa reladet vel distillet foetidus humor, agere potest aduersus dominum latrinae, vt reficiat, neue noceat, iusque illi non esse sic latrinas habere, l. *si quando, §. fin. de seruit. vrb. praed. l. scuti, §. Aristo. eod. tit. vide late Capell. l. 1. de seruit. cap. 65.*

¶ Eadem t in cloaca aedificanda in muro proprio vel communi dicenda sunt, de hoc Capella, l. *lib. 1. cap. 48. Et de cisterna, de puteo & lanatoria piscina, de his Ce. ol. l. br. 1. de seru. c. 47. de lanatoris cap. 66. castello, & de fistula aquam remittentibus, de qua Capell. eod. lib. 1. c. 67. Et 68.* ¶ De machinis t aedificandi causa in muro impositis, tractatur etiam a Capella, l. *1. de seru. vrb. praed. c. 73.* ne possint imponi, nisi aliter aedificari, vel in proprio, vel in communi pariete non possit. Idque expensis aedificantis solum fieri l. *scuti, §. seru. vind. ¶ Non licet etiam t iuxta parietem alterius vel communem serquilinum ponere citra seruitutem, l. si quando 17. §. secundum, si seru. vind. P.* in suo licet, nisi deflusione noceat aliis, vt si maderat eo proximus ei alienus paries, vt de latrinis & foricis dictum, gloss. in d. §. secundum. In suo enim licet inticere, dummodo in alienum quid quis non immittat, l. *scuti §. Aristo. versidem aut, seru. vind. ¶ Dummodo t cor- nua non ponantur tibi, vel foetidum non sit iterquilinum quod offendar vicinos: nam tunc in suo, nec in publico olidum illud abici debet, vbi homines frequentius transeat, l. *adiles, in fin. de via publ. 2. §. idem ait, si odere, ne quid in loc. publ. l. penult. §. penult. quod vitant clam. ¶ Si paries t vicini inter binas aedes existens ventrem faciat, ita vt in vicini aedes semipedem vel amplius protrudat, agi potest non esse eius ita habere, l. si quando 17. si seru. vind. ltem si communis & opere a vicino facto ita proiectum faciat, l. *si cum meo 14. eod. tit. l. sed §. 26. de seru. vrb. praed. non tamen communem parietem vetustate deformem potest socius socio inuito reficere. l. parietem, de seruit. vrb. praed. At iam iam ruiturum, aut non satis idoneum oneri, potest etiam repugnare socio, reficere & impensas a socio pro parte repetere, l. in parietes, cum duabus ll. sequen. de damn. inf. §. communes, de negot. gest. in P. l. si adus, commun. diuid. Et si is qui restitit fiat contumax in restituendis impensis intra quatuor menses, qui refecit sit, dominus rei in solidum, l. *si fratres, §. idem respondit in 2. pro socio, in P. l. si vt propnis, de aedific. riuatis, quia in re est rei publicae, ruinas aspectum ciuitatis non detur pari, l. 2. §. si quis nemine, Et l. fin. ne quid in loc. publ. praetor. ait, §. hoc interdicitur, in 2. de damn. infeli.****

De Seruitutibus vrbanis, Tigni immittendi. Cap. 8.

- 1 De seruitute tigni immittendi in parietem vicini. Quando liceat proteclum in parietem nostrum immisissum, vel vti etiam propria auctoritate excindere.
- 2 Nuntiatio non operis in seruitutibus impediendis, vt conseruetur possessio, debet fieri iactu lapilli.
- 3 Parieti communi tantum immittere vel imponere quod destinatum est, non aliter licet: Et de actionibus eius non esse tignum immisissum habere.

Secunda seruitus, t quoque parieti quoque imponitur, est tigni immittendi, §. *praedictorum, de seruit. l. 1. de seruit. vrb. praed. P.* licet in parietem vicini tignum immittere, alioquin iure communi non licet. Nam si proteclum supra domum tuam habeam nullo iure, potes tecum agere ius mihi non esse ita proteclum habere, quia propria auctoritate rescindere non possit tigna: quamuis, si traectum aqua ductus per tuam domum citra ius seruitutis faciam, iure tuo possis intercidero, l. *quemadmodum 39. §. 1. ad leg. Aquil. l. br. 9. P. l. si vitem 21. §. si ad ianuam, quod vitant clam. lib. 43. P. tit. 23.* Et generaliter, si quid in tuo fiat manu

artificioque. Quia cuique licet suam tueri poss. sionem, & auctoritate propria destruere vel prohibere. Si autem in suo quis faciat quod tuum laedit, non potest destruere, sed experiri ius illi non esse ita agendi. *Examinat Capolla, libr. 4. de seruit. urban. prad. c. 3. num. 8. Barro. in l. 1. §. nuntiatio, de ope. nos. nuntiat. Florianus in l. quem admodum §. si proclitum, ad l. aqu. l. sed si miter, secundum vnam l. Eluram gl. de seru. l. si duo §. et enim videamus, & §. Labeo, vti poss. d. Hoc enim habet commodum possessio, vt in alieno factum & edificatum solo cedat, l. adeo §. ex diverso. de acquir. posse. p. §. ex diverso de rer. diuis. & ita in arbitrio possidentis esse videatur opus demoliri, vt tuum. Denegatur autem auctoritas illa in opere male facto in re communi per socium, etiam contra ius edificatorem: & proinde perueniendum est ad interdictionem seu nuntiationem noui operis, vel ad negatoriam actionem l. si miter. Et te, de seruit. urban. prad. Quomodo modum, si quid natural factum, ex tuo in meum immittitur, puta, si tu arbores in meum solum radices, quae noceant vel nociturae sunt immittant, non licet propria auctoritate excindere. quin prius te interdico admonere non licere tibi radices ita habere, vt quae succidas vel mihi succidere & tollere liceat, l. si plures arbo. 2. iuri. casar. in P. l. 1. C. de interd. §. Caere §. tamen debet is qui in re communi agentem socium praeter ius videt, vel arbitratur rem suam esse, ne fileat, vel ne verbo tantum denuntiet nouum opus, sed in actu utatur lapilli: alioquin edificatorem vel immittentem redderet & faretur possessorem, l. est forte 6. §. sciendum, si seru. vnd. P. §. Non §. licet autem in pariete communi, vel supra aliquid edificare vel imponere, quod noceat socio: permissum namque vti pariete communi solum ad opus destinatum, & ad ea quae nocere parieti communi non possunt, fin. leg. si ades, iuncta gloss. commun. diu. in P. l. cum duobus §. Mala, pro soc. l. in pariete cum seq. de dam. inf. l. cuius adificium, de seru. urban. prad. Itaque vt licet mittere tignum in alienum parietem, vel in communem praeter legem communitatis, vel concessione expressa, vel patientia vnde constituitur seruitutis ius, opus est: ea que seruitus secundum concessionem limitatam, vel secundum antiquam consuetudinem intelligenda est, vt alibi, quam vbi concessum est, nec plura quam permissum ante liceat modoque nouo immittere, l. si cum meus 14. si seru. vnd. l. b. §. p. tit. §. & ita reflectio primam sequi debet formam, l. seru. et, quem superficie 19. §. si sublatum, de seru. urban. prad. P. nisi generaliter quis concesserit seruitutem tigni immittendi, sine limitatione vel distinctione alicuius partis, quia verba generaliter prolata debent intelligi generaliter, & de omnibus & perpetuo, leg. 1. §. Et generaliter, de leg. prest. l. in fraudem in fin. de testa. mili. can. si Romanorum 19. dist. & contra cedentem in cuius fuit potestate verba expressus concipere, l. veteribus, l. de pactis. Quare datur aduersus cedentem vel cedentem confessionaria actio, vt tigna suscipiat, l. sciti, §. §. distans, si seru. vnd. vt contra, si dominus duarum aedium, quae vna contiguatione teguntur, duobus separatum & cuius alteras legauerit, vel cesserit, pure vel sub conditione, illi nullam habent inuicem actionem, ius non esse immittendum tignum habere, sed cuiusque erit pro sua parte contiguatione, l. binus ades 35. & l. idem que 36. de seru. urban. pradior. At si quis victus est, ius illi non esse tigna in parietem meum immittenda habere, iudicis officio continetur, vt de futuro victus quoque opere caueat de non immittendis. Tabol. in l. egi 12. si seru. vnd. in P. Porro quae de tigno diximus, intelligenda sunt de omni specie & materia, quae eius appellatione continetur, prout vulgare in iure est, ex leg. 1. de vign. immitt. in P. l. vigni, de verborum significatione, l. adeo §. appellatione, de acquir. rerum domin. l. tigni, ad exhiben. in P.*

De Seruitute urbana Stillicidii immittendi, vel non auertendi. Cap. 9.

1. Seruitutis urbanae species tres, Stillicidii in aedes suas recipiendi, auertendi, vel non auertendi.
2. Stillicidium quid, & flumen, & quomodo differant, numero 3. & 4.
3. Stillicidii seruitus in quo differat a seruitute aquae recipiendi.
4. Stillicidii modus est tantum duorum pedum in aream vicini productio. Idem in impluuium quod recipit, & quomodo forma mutari possit.
5. Area, in quam cadit Stillicidium, praesumitur esse proprietatis domini: vide §. num. 6.

6. Ianuam extra aperire quis potest: quatenus Stillicidii rigor committitur.

7. De Seruitute Stillicidii non auertendi.

Tertia urbana seruitus, §. vt stillicidium vel flumen quis recipiat in aedes suas, l. praediorum, de seruit. rust. c. praedior. 1. de seruit. urban. Estque duplex, stillicidium auertendi in teetum vel aream vicini, vel non auertendi dist. leg. 1. de seruit. urban. §. Stillicidium, §. dicitur teetum vnde aqua guttatim, in impluuium seu aream decidit. Sicuti innuit Vitruuius libr. 2. archit. cap. 1. dum de aedificiorum successiuam perfectione agens, dicit, postea quoniam per hibernas tempestates etiam non poterant imbris sustinere, fastigia facientes luto in aedulo proclitatis teetis, stillicidia aduocabat. Vt de his hoc modo 4. de ling. Lat. Finiuus quod fluit, item flumen, a quo lege urbanorum praediorum ita scribitur, stillicid a sumina, aquae ut ita fluant, cadantque. Inter haec, §. hoc interest, quod stillicidium nullatim cadat: flumen quod fluit continuo. Ideo & perpetua causam flumen & stillicidium dicuntur habere: quod ex naturali causa, quae perpetua est, fluit, & aquam collopisam non artificio aliunde immittam habeant, l. foramen 27. de seruit. urban. prad. §. In quo §. differunt a seruitute aquae recipiendi, quae per foramen domus in aream alienam cadit, dist. l. foramen §. l. si quid dicitur, eod. Aliter Paulus distinguit in l. seruitutes quam superficie 19. §. stillicidium, de seruit. urban. prad. in P. & differre putat stillicidium a flumine, quod stillicidium ex alto decidat & lenius interdum directo in locum seruientem, interdum oblique alibi vento delata aqua. Flumen autem proximus sit areae: vnde & stillicidium altius inquit tolli potest, quia lenior sit seruitus: inferius demitti non potest, quia sit grauior, & pro stillicidio flumen.

§. In hac §. seruitute modus concessus stillicidii considerandus est, vt stillicidium sit duorum pedum in aream vicini, & non ultra producat, nec teetum fiat productus, dist. §. stillicidium, Item & locus impluuii qui recipit, qui quidem immutari non debet in formam, in qua stillicidium non recipiatur. Proinde qui aream stillicidio debet, non potest in ea edificare, vbi cepit castrare stillicidium, dist. leg. seruitutes 19. §. si seruitus, & l. si eo loco 9. §. 1. si seru. vnd. nisi edificando suscipiat quoque stillicidium, vel flumen, seu canales quae fluentis, tunc enim licet, dist. leg. seruitutes 19. §. fin. & l. si domus 10. de seruit. urban. dummodo locus qui subter stillicidium est, sit eius qui seruitutem debet.

§. Nam §. alioquin praeter ius seruitutis apparet, praesumitur locus, qui sub stillicidio aedium est proprietatis eius esse, cuius aedes sunt quantum stillicidii protenditur, qua ratione & aperto pariete domus suae dominus ianuam extra in publico aperire potest quatenus stillicidii rigor & tignorum proiectus competeat. modo ne itinere vicini vel luminibus officiat, l. fin. §. fin. de seruit. urban. prad. vnde Capollam. lib. 1. de seruit. urban. c. 28. nu. 9. §. Sed eo magis §. si solum inferius eius qui habet stillicidium, sit: nam si possideretur ab alio vicino certe eius praesumitur. Et si neuter possideat, forsitan quod locus sit publicus, vel viginosus seu palustris, vel sterilis, adhibenda distinctio, & repetenda antiqua forma, an tempore quo quis quaesuit aedificium solum illud pertinere quoque ad vendentem, vel si diuidentibus fratribus bona, vni domus alteri area partem cesserit. Nam tunc censetur ius seruitutis impositum habita ratione eius quod est, vt quale ius est dum venditur, legatur, vel diuiditur, ita possideatur, l. quod corclane, de damn. inf. dist. Barro. in l. 1. de seru. leg. Si autem diuersorum dominorum fuerit area & domus censetur ius seruitutis non proprietatis eius solum concessum, cum alioquin non liceret immittere vicino stillicidium in aream vicini, cuius erat liberum per se natura solum, vsque ad caelum, l. alius, C. de seru. Quae dicta de stillicidio recipiendo dicta censentur, de non auertendo, d. l. 1. de seru. urban. veluti si dominus areae aliquam utilitatem capiat ex stillicidio vel flumine decidente ex domo vicini: veluti si pauimentum areae eius laetetur: vel si aqua in cisternam eius excurrat vel hortum irriget. Et proinde agere potest in dominum domus de seruitute, ius ei non esse stillicidium auertendi, vel flumen & vt tegulas canaliculae reiciat suis expensis vt aqua secundum ius seruitutis fluat, arg. l. cum debere columnam, de seru. urba. prad.

De Seruitutibus urbanis altius tollendi, & non tollendi & officendi luminibus, & de prospectu & lumine. Cap. 10.

1. Aitium

- 1 Alius tollendi seruitus negatiua & affirmatiua quid.
- 2 Mercatores lumen in tabernis exosum habent.
- 3 Alius vt quis teneatur ad tollere rationes.
- 3 Luminibus ne officiat seruitus, qualis: Luminis & prospectus seruitutes vt differant. &c.
- 4 Luminum seruitus diuersa a seruitute ne luminibus officiat.
- 5 Inuito vicino sit, non tantum si is repugnet, verum si non consentiat expresse.
- 6 Aedificium quilibet suam licite tollit, etiam si obscuret vicini lumina, nisi impediatur seruitute.
- 7 Ventus molitionis quomodo ab alio impediri non potest.
- 8 Seruitus ne solis radiis opponatur arbor vel aliud.
- 9 Seruitus ne luminibus officiat, intelligitur de presentibus & futuris, nisi expresse aliter caueatur.
- 10 Minus est in seruitute altius non tollendi, quam in seruitute ne luminibus officiat.
- 11 In seruitute altius non tollendi, que inspicienda altitudo.
- 12 Seruitutes altius non tollendi, & luminibus non officendi imponi possunt & vicinis, & remotis aedibus, & quomodo.

1 **Q**uarta species vt vrbana seruitutis est ius altius tollendi, & officendi luminibus vicini, l. i. de seruit. vrb. §. praedictorum, de seruit. rurs. vt vicinus vel qui inferius aedificium habet patitur, leg. cuius aedificium de seruit. vrb. item altius tollendi vt vicinus teneatur altius suas aedes tollere, iure hoc seruitutis. Forfan quia ius hoc habet, inde percipit vtilitatem, ne ventis vel frigore infestetur propria domus editoribus aedificiis interpolitis, vide Capollam, libr. i. de seruit. cap. 26. ¶ Vel ¶ quia mercator est, aut interpolator, & lumen in sua taberna exosum habet, vt saepe qui male agit, odit lucem, & dolosis tenebrae sunt appositae: vel forfan quia prospectus in eam partem, cui obicitur aedificium alienum: si insulauis & iniucundus veluti si patibuli publici vel loci palustris. Forfan etiam quia locus cui illa seruitus debetur, est is, in quem solent astate conuenire homines, & opus non est directo sole, vt ait Leo Baptista Albertus lib. i. de arte aedific. c. 12.

2 ¶ Huic ¶ seruituti alia affinis negatoria altius non tollendi, l. altius, l. 8. l. si in aedibus, l. 9. de seruit. & aqua. C. lib. 3. tit. 34. §. a quo, de altis. & non officendi luminibus vel prospectui, l. 2. de seruit. vrb. praed. & alia luminum. Inter seruitutes, inquit Vlpianus, in l. inter seruitutes, l. 14. de seruit. vrb. ne luminibus officiat, & ne prospectus offendatur, diuersum obseruatur: quod in prospectu plus quis habeat, ne quid ei officiat ad gratiorem prospectum & liberum: luminibus autem non officere est, ne lumina cuiusquam obscuriora fiant, ideo & nouum opus denuntiat, si ita fiat, vt lumen noceat. Paulus ait in leg. lumen, leg. 15. de seruit. vrbano-rum, lumen, id est, vt caelum videatur, ita ex superiori loco non inferiori est. Prospectus autem etiam ex inferioribus locis est & superioribus, & obiectis, vt prospectus in mare, de quo & Iustinianus in nouellis, constitutio, 63. §. 165. caute ne impediatur. Quare aedificia quae seruitutem debent, ne quid altius tollatur, vrbana super eam altitudinem habere possunt: at si de prospectu est, eaque obitatura sunt, non possunt, vt ait Labolenus in l. aedificia, l. 11. de seruit. vrb. praed. ¶ Seruitus ¶ luminum alia est ab ea ne luminibus officiat. Nam luminum seruitus est, vt lumina nostra vicinus excipiat. At cum seruitus imponitur, ne luminibus officiat, hoc adepti sumus maxime, ne ius sit vicino inuitis nobis altius aedificare, & ita minere lumina nostrorum aedificiorum, l. i. de seruit. vrb. ¶ Inuiti ¶ autem censi sumus non solum si contradiximus, verum etiam si non confestimimus, l. 4. eod. l. filius, §. inuitus, de procur. in p. nisi tam longa esset patientia, quae in praescriptionem transiret, l. si quis diurno, si seruit. vindic. l. hac autem iura §. de seruit. vrb.

6 ¶ Opera pretium ¶ est eum qui prohibere vult vicinum, ne altius tollat, ne luminibus officiat, ius seruitutis ostendere: nam sine eo potest quisque suam aedificium libere tollere, & aedificare, etiam si obscuret lumina vicini, leg. cum eo, 8. & leg. binas aedes, leg. 9. de seruit. vrb. praed. l. altius, C. de seruit. Dummodo aedificandi formam concessam communem non laedat, veluti vt in area quae nulli seruitutem debet, aedificando intermittatur legitimum spatium a vicina insula, leg. imperatores, l. 9. §. 13. de seruit. vrb. quod est ex iure codicis, si insula sit publica, quindecim pedum: si priuata, decem, leg. si cui, §. leg. meniana, C. de aedific. priuata, aliter enim nouum opus nuntiat possit a vicino, leg. i. §. nuntiat, de oper. non. nuntia. in p. Capolla libr. i. de seruit. vrb. ca.

56. Tradit tamen Capolla, libr. i. de seruit. vrb. cap. 6. quod prope murum alienum super trabibus vel lignis positus vel requiescentibus in solo suo inferiori quilibet potest aedificare stillicidium & solarium, nec tenetur relinquere aliquod spatium etiam vnius pedis: quia non habet in hoc locum, l. fin. fin. regundo. in p. Et ita obseruari.

¶ Altius ¶ non tollendi seruitus quaesita, ad vtilitatem quoque areae pertinere potest, vt no ratione luminum tantum censetur imposita, sed etiam altius aedificare prohibeat, si ventus impediatur, quo minus libere in aream insuat ad semina purganda, sic intelligenda, l. fin. §. fin. de seruit. C. si imposita sit seruitus, non altius, alioquin enim sine iure seruitutis, nec areae consideratio erit vtilis & licebit in suo cuique & tollere, et si vicino noceat, leg. Proculus, de damn. infect. §. l. fluminum, §. fin. cum 2. sequen. eod. tit. Quod & in pristinis seu moletinis ventilatis, quae vento aguntur verum esse puto, dummodo vicinus ad emulationem vicini, & ad iniuriam ex professo non obiciat impedimentum vento Et haec seruitus altius non tollendi sic accommodatur ad aream vel pristinum ventum, ei qui ex sua vtilitate sibi ita prospexit, ne ventus ea parte interciperetur. Verum frequentior causa est, quae ne luminibus officiat verat altius aedificari.

¶ Potest ¶ tamen locum habere in aliis prohibito, ne luminibus officiat, quam in aedibus, l. inter seruitutes, l. 14. §. quodcunque geritur, de seruit. vrb. veluti si is qui debet, arborem ponat, quae officiat lumini, non autem si solem tantum tollat: nisi heliocamino seruitus debeatur, vel solarium, in quibus sole opus est, l. si arborem, l. 6. de seruit. vrb. praed. ¶ Placuit ¶ autem generaliter, seruitutem impositam ne luminibus officiat, & de presentibus luminibus & de futuris intelligi, siue quae sint tempore conventionis, siue quae postea futura sunt: nisi in impositione sit dictum, lumina quae nunc sunt, vt ita sint: nam tunc de futuris luminibus nihil caueri videtur, l. qui aedificium, 21. §. l. si seruitus, 21. de seruit. vrb. praed. ¶ Minus ¶ itaque est in seruitute altius non tollendi, quam ne luminibus officiat. Nam qui non potest altius, quam certa sit altitudo tollere, potest vrbana supra altitudinem illam habere, l. aedificia, qua seruitutem, 11. de seruit. vrb. §. l. quod autem, eod. tit. Quod in ea ne officiat luminibus verum non est, vt diximus.

¶ Porro ¶ si controversia sit, vsque ad quam altitudinem non liceat aedificium habere, arbitrar accipi debet, l. qui luminibus, 10. §. fin. de seruit. vrb. praed. vel formam antiquorum aedificiorum sequi, dicit, l. qui luminibus, eod. §. l. si manifeste, l. 7. C. de seruit. & aqua, l. seruitutes, 19. §. si sublatum, de seruit. vrb. praed. P. debet: iudexque consuetudinem longi temporis, vicem seruitutis obtinere sciet dicit, eg. i. C. de seruit. & aqua. ¶ Nec ¶ interest in hac seruitute, ne luminibus officiat, & altius non tollendi, nam aedificium quod eam debet proximo nostro dominati, vicinum sit, an aliud sit medium: Nam & ei qui vltiores habet aedes deberi poterit, l. 4. §. final. si seru. vind. l. in tradendis, 8. §. 1. commun. praed. P. l. si quis duas, 6 eod. tit. licet mediae aliae liberae in medio sint quia donec ille sublata non erunt, erit vtilitas seruitutis, l. §. adeo, 5. eod. si seruit. vind. Vbi tamen media fuerint altius sublatae aliae seruientes liberae censentur, quia amplius dominantium aedificium non interest tolli, nisi si deponatur iterum medium aedificium, quia tunc renascetur vindicatio, l. §. si fortes, 6. si seru. vind. Alioquin aedibus, quae prospici non possunt, vt quarum conspectum medius mons auferat, seruitus non imponitur, l. si aed. 37. §. l. nemo, 38. de seruit. vrb.

De Seruitute luminum, & iure immittendi & habendi Fenestras in pariete vicini.

Cap. 11.

- 1 Luminum seruitus quid, & quando immittere fenestras in parietem liceat.
- 2 Murus cecus quando aperiri potest.
- 3 Fenestra in suo pariete vt officientes in aream vicini, quanta altitudinis, & quales debeant esse ex consuetudinibus Parisiorum & alia sunt gentium.
- 4 Fenestra quae iure tantum proprii parietis sunt clathrate sunt sine iure seruitutis, & ita possunt obscurari a vicino aedificante, & obscurari.
- 5 In Gallia seruitutes non praescribuntur tempore vel vsu, seu possessione.

6 *Fenestra concessa sine iure seruitutis, non debent ultra murum prominere.*

7 *In pariete communi fenestram facere quomodo liceat.*

8 *Latrinnis adificandi qualis iuxta viciniam formula.*

Seruitus luminum. ¶ est habere vnam vel plures fenestras in pariete: vnde Paulus respondit. eos, qui ius luminis immittendi non habuerint, aperto pariete communi, nullo iure fenestras immisisse, l. eos qui 39. de seruit. urban. pradio. In qua seruitute sic distinguendum est, an paries sit totus eius, qui fenestram vult facere, an communis cum vicino. Si proprius sit & seruitus contraria non sit imposita, in eo certe quodcunque voluerit, domino, tanquam rei suae libero moderatori, facere licet, leg. in re mandata, C. manda. l. nemo exterius, C. de Iudicis. Et ita potest facere fenestram, per quam excipiat lumen a vicini etiam area, hoc 2 notat Bald. & Doctores in l. alius, C. de seru. & aqua. ¶ Et ¶ quamuis murus sit antiquus, cæcus ab omni tempore, tamen non id eo prohibetur dominus, quin, vt in suo, possit in eo fenestram facere, eumque aperire, Capolla, qui de hac fenestrarum materia tractat, lib. 1. de seruit. rustic. c. 62. Sicuti nihil prohibet, quin in mea area ædificem, quamuis nūquam antea ibi ædificatum fuerit, glo. in l. qui luminibus, in verbo statum, in fine, de seruit. urban. pradio. Si tamen imposita sit seruitus, ne liceat aperire murum proprium lex seruanda est, Paul. Castr. in l. quoties, de seruit. per l. vend. 11 or. comun. pradio. nec aperire potest: sicuti nec in vicini æmulationem faciens fenestram, vel in vicini contentum, vtrq; omnia secreta timetur & nouerit, vel si vt cōtra honestatem velit oculos in monasterium monialium iniicere, ei concedendum est, Cynus, Paul. Castr. in l. alius, de seruit. facit l. opus, de operibus publ. quia malitiis hominum non est indulgendum, l. in fundo, de rei vind. P. In quo & qualitas personarum facientium consideranda & pariter odium, vel amicitia vicinorum. Alioquin iure communi quilibet præsumitur bonus, l. merito. pro socio. P. l. in. de præscriptio. & non facere nocendi animo, sed ratione suae utilitatis, vt non interfit valde, num noceat sibi consulens, l. fluminum. §. in. de damn. infect.

¶ Ex consuetudine Patiforum ¶ dominus parietis quamuis solus, non potest lumina vel fenestras habere in vicini domum, nisi nouem pedes distent a terra, seu a prima contignatione: in aliis autem, iuxta superius tabularum, ad altitudinem ad minus septem pedum: & in his permittis, adhuc debent adici ferrei cancelli, clathrati, & vitreae quiescentes fenestrae, specularia videlicet affixa & quæ non aperiuntur, a le stile du Chastelet de Paris, touchant la massonerie, art. 3. 11. & 12. Hibernis obiecta notis, specularia puros admittunt soles, & sine luce diem, vt ait Martialis lib. 8. meminit & de his l. quæ situm, l. 2. §. specularia, de sum. instru. P.

¶ Tholosana ¶ quoque consuetudo non scripta est, vt vicinus in aream vicini vel hortum possit habere fenestram in pariete scilicet suo, distantem tamen ab inferiori contignatione per decem pedes sine iure tamen seruitutis, Iuan. de Casa veteri, in commenta. ad consuetud. Tholosan. de adific. & bastimentis, in gloss. si quia & vicinus potest iuxta in suo ædificare, & ita tollere lumina impune. ¶ Nam ¶ ex consuetudine generali regni Francia, non præscribuntur seruitutes tempore, nec possessio earum, quamuis quis vel fenestras, vel stillicidii vñs fuerit spatio triginta vel quadraginta annorum, vel longiori tempore, Nicol. Boer. in §. de præscriptio. in consuetud. Biturig. Est & consuetudo Turonensium tit. des venes & esgins, artic. 1. Andeganiensis tit. des prescriptions, art. 454. 455. costumes du Maine, tit. des prescriptions, art. 461. 463. 464. Blois art. 230. art. de seruitus reeles, §. 231. & 233. Orleans, tit. de præscript. art. 190. & 201. & 202. Paris titre de rapoz des iures, artic. 80. Chartres, tit. de seruit. & præscript. art. 80. & 81. Clermont tit. des esgins, art. 216. & 218. omittio similes. Eo modo quoque sancitum est Lutetia, seruitutes in domos alterius posse tolli, si aliud ius non sit, quam per patientiam qua situm, in le stile du chastelet de Paris touchant la maison art. 14. ¶ Sed & ¶ in prædictis fenestris permittis, cancellatis, & vitreatis, vel telaceata conclusis, illud obseruatur, ne protendi possint extra murum vel parietem, vel stillicidium, in aream vicini, quæ illi libera remanere debet vsque ad cælum, l. si de seru. urban. pradio. P. quod & de Cancellis, quos vocat Isidorus seu treilles in ellipse, quæ specularia a quibusdam dicuntur, vide de his Capollam, lib. 1. de seruit. urban. pradio, c. 63. Quod ¶ si murus vel paries sit communis, placuit ne is aperiri possit inuito socio, nec ibi fenestram fieri, Angulus in l. quidam Iberus, de seruit. urban. pradio. Idem An-

ge. in l. inter quos, 4. colum. versc. ex his infertur, de damn. infect. Castr. in l. quoties, de seruit. & in l. parietem, de seruit. urbano, qui tamen permittit, si non noceat vicino, sed semper noceat & alterat parietem, vnde reuocatur eius sententia a Capolla, lib. 1. de seruit. c. 62. num. 8. nam fenestra fieri non potest, quin alteretur vel la datur paries. Capolla tamen in hoc dubitat, potissimum si vnus ex sociis extulerit parietem communem, item si paries possit pati apertionem sine damno, & ita plerisque in locis fenestras permitti tradit: verum tamen leges municipales esse consulendas & consuetudines, Capolla, ubi supra, num. 4. Vt Lutetia prohibuit est in pariete partiario seu communi, fenestram vel prospectum habere sine consensu dominorum seu sociorum parietis. Atque ideo statutum muro illo caduco, qui egeat refectione, modos & mensuras fenestram inibi existentium, ab expertis iuratis ciuitatis inspicere debere, vt non reficiantur præter modulum aut mensuram antiquam, a le stile du chastelet touchant la massonerie, art. 3. 11. 12. Postea tamen aperiri murum communem etiam vsque ad proximi domum pro tignorum trabationis immiffione dummodo postea foramina legitime obturentur, eod. in stylo, circap. incip. ¶ Sic ¶ consuetudine Turonensi tantum, in consuetud. Turonens. tit. des venes & esgins, artic. 2. vt qui latrinas, foraminave in suo pariete iuxta vicini parietem facere voluerit, teneatur inter murum proximi & suum, murum alium construere duorum pedum & semis calce & sabulo. Idipsum constitutum consuetudine Andeganesium, tit. de præscript. Aresto. 452. & Aureliacensium, Aureliacens. tit. de præscript. art. 192.

De Seruitute urbana Protecti & Proiecti, Cap. 12.

- 1 *Seruitus proiciendi & proiecti urbana.*
- 2 *Proiecta seu proiecta quid.*
- 3 *Inter proiectum, & commissum differentia.*
- 4 *Suggrundia quid.*
- 5 *Meniana quid.*
- 6 *Podium quid.*
- 7 *Meniana, & Suggrundia, vel proiecta, quando in aream vicini liceat habere.*

Sexto ordine tractanda ¶ est seruitus proiciendi. protegen-
diue, quam inter seruitutes urbanas connumerat Caius Iurif-
consultus, in leg. 1. de seruit. urban. ¶ Proiecta ¶ sine proiecta, sunt
prominentia, & veluti supercilia parietum: suggrundia: ad ar-
cenda stillicidia inuentur, quæ vulgari sermone, larmiers, dici-
mus. Sic nos docet Virruuius lib. 2. archit. cap. 8. de ædificandis
parietibus loquens: summis parietibus structura testacea subiciatur,
altitudine circiter sesquipedali, habeatque procliuos coronam-
rum: ita vtrique poterunt quæ in his solent fieri vitia. Cum enim in-
tellecto regula fuerint si adie aut a ventu detecta, quæ pefit ex imbribus
aqua perire, luere, nõ potuerit lorica testacea ladi laterem, sed proiectu-
ra coronarum reuocet extra perpendicularum stilias, & earatione ser-
uauerit integras lateritiorum, arietum structuras. Accedit Palladius
lib. 1. de Agric. c. 11. quod si lateritios parietes in pratorio facere vo-
luerit, inquit, illud seruare debueris, vt perfectis parietibus in sum-
mitate, quæ trabibus subiacet, structura testacea cum coronis pro-
minentibus sint sesquipedali altitudine, vt si corrupta regule aut im-
brices fuerint parietes non possint penetrare per pluuiam.

¶ Labeo, ¶ l. malem nauis, 242. §. 1. de verbo vñs significat. l. 3
quemadmodum 39. §. si proiectum. ad l. Aquil. in P. inter pro-
iectum & dimissum hoc interesse ait, quod proiectum esset
quod ita protenderetur, vt nusquam requiesceret, qualia meniana
& suggrundia essent: immissum vero quod ita fieret, vt aliquo
loco requiesceret veluti tigna, trabes quæ immitterentur. Atq;
eo loci inter proiecta, meniana, & suggrundia ponit differentiam.
¶ Suggrundia, ¶ sunt recti partes prominentiores, ex quib. im-
brices aquam & stillicidium in impluuium remittunt. Varro vocat
subgrundas. Græci γῆρα & ὑπογῆρα. ¶ Meniana ¶ ædificia ¶
quædam dicta, vt putatur a Menio inuentore, qui primus excog-
itavit hoc structuræ genus, vt tigna extra columnam proiectis
tabulisque superpositis pluribus in vna columna spectatoribus
locus fieret. Is enim Menius cum domum, quam habuerat ad
forum spectantem, vendidisset excepta columna, tigna ibi pro-
iecit, vnde ipse & posteri spectarent gladiatores, vt auctores A-
scon. Pedianus, Sexus Pompeius, & Porphyrio. Ita Virruuius
in spectaculis meniana superioribus coactionibus (id est tabula-
tis ab axib.) collocari debere tradit, Virruui. lib. 5. de archit. c. 10.
¶ Dicit ¶ & Podium, idem ¶ meniana Virruuius in c. 7. lib. 5. vterq;
namque

namque est locus porrectus instar pulpi, mutulise marmore
7 vel ligno suppositis. ¶ Meniana ¶ itaque & suggrundia & proie-
cta vnam habebunt tractationem. Porro lex est posita, ne me-
niana iuxta vel contra aream vel domum vicini priuati habere
liceat, nisi intersint pedes decem, solis & aeris liberi nobis: si au-
tem obiciantur aedificia publicis, pedes quindecim, aliter vero
decidantur. *l. Meniana, de aedific. priu.* Scilicet si sint siue iure ser-
uitutis. Nam iure seruitutis licet, & vidente & patiente domi-
no. *glo. in d. l. Meniana, in verbo detruuntur.* Paulus quoque de
proiecto disputans ait, si quis proiectum supra vicini priuati solum non
iure habere dicatur, tolli interdicto posse per eum, cuius est solum.
Et si iure habeatur, posse prohiberi per dominum domus,
ne inhibeatur proiectu a domino soli. *l. 3. §. item videmus, in 2.*
§. Labeo, uti possid. libr. 43. P. tit. 16. l. quemasmodum 39. §. 1. ad l.
Aquil. in P. Et si menianum priuatum sit in publicum solum
reiciens, & velum extra posuerit, quod vicini luminibus officiat,
vile interdictionem competit, ne quid in publicum immittat,
qua ex re luminibus officiat alterius, *leg. 2. cum quidam, ne*
quid in loc. pub. libr. 43. P. tit. 8. Sic Ludouicus 11. Rex Gall. Lug-
dunimandaui deiciat proiecta domorum in vias publicas anno
domini 1499. *Guiliel. Paradinus, libr. 3. Historia Lugdunens. ca. 10.*
Subinde anno Domini 1560. si idipsum fieri per vniuersas ciuitates
Galliae, in comitis Aureliacensis statutum est, *in constitutio.*
Aureliacens. anni 1560. artic. 96. Et lege Romana inhiatum
quoque, ne supra vias pontes ad coniungendas domos faceret li-
ceat, vel aliud, quo deterior via fiat, vt specus, *l. 2. §. tractatum,*
§. tot. tit. ne quid in loc. publ. in P. facit. l. fin. de summi. P.

De Seruitute vrbana, Proiciendi Aquam, vel Quisquilias. Cap. 13.

- 1 *Aquam non licet proicere ex superiori loco, vel Quisquilias sine iure seruitutis: aliter ius prohibendi est.*
- 2 *Qui habet seruitutem proiciendi aquam in inferiora, non potest fecunda, vel urinam, vel alia in iniuriam inferiorum proicere.*
- 3 *Fumum in suo facere licet lauareque, aquam sumere: dum non fiat in iniuriam alterius.*
- 4 *Fumum quando licet ex inferioribus sine seruitute in superiora immittere.*
- 5 *Interdictum vile uti possidetis, pro conseruando iure sumi faciendi.*
- 6 *Ob quas causas quis prohiberi potest, ne fumum etiam in suo faciat.*

Hic affinis tractatio ¶ seruitutis proiciendi, in *leg. 1. §. fin. de seruit. vrbana.* videlicet aquam vel quisquilias. in aream vel hortum vicini: nam non omnis qui habet lumen immissum vel lumina in res vicini, hanc seruitutem proiciendi vel prospiciendi habet sed luminis tantum. Itaque ex superiori loco in inferiorem non licebit citra ius seruitutis, aquam vel quid aliud immittere: aliter agitur ita ius non esse negatoria. *l. p. in l. §. scuti. 8. §. Arist. §. serui. v. in d. P. l. §. fin. 13. cod. l. quidam Iberus, 12. de seruit. vrb. praed.*

¶ Sed ¶ si ius seruitutis sit, licet, *dicit §. Arist.* dummodo iniuriae faciendae causa non proiciatur, quia tunc iniuriarum nomine agi potest, *leg. penultim. de iniuriis in P.* Et dum non proiciantur urinae fetidae, vel stercore, aliae similia, quae in hac seruitute non censentur concessa sed excepta. *Capol. in l. de seruit. vrbana. in cap. 31. num. 5. per text. §. glo. in l. fin. §. pen. quod vi aut clam, §. per text. §. glo. in l. 2. §. idem aut, si in odore, ne quid in loc. pub. fac. l. 1. §. 2. de cloac.* ¶ In suo ¶ tamen sine proiectione quis potest libere sedere, lauare, & fumum facere solito modo, & dum non faciat animo iniuriandi, neque ob aquam modicam cadentem in alieno reprehendi potest, vel prohiberi ne in suo lauet, *dicit leg. §. scuti. §. fin.* ¶ De fumo ¶ etiam eadem dicenda sunt ascendente & immisso ex inferioribus partibus in superiora, vt non liceat citra ius seruitutis, *dicit leg. §. scuti. in §. Arist. §. §. fin. si serui v. in d. alioquin agatur actione, ita ius non esse, vel iniuriarum, si animo iniuriandi fiat, l. penult. de iniur. P.* Quod si quis vult immittere iure suo, nec faciat animo iniuriandi, quod in dubio non praesumitur, *leg. fluminum, §. fin. de damn. inf. P.* distinguendum, an faciat ignem solum quem exigat vltus sui & familiae, & ita fumum non grauem faciat, vt non possit prohiberi, *dicit leg. §. scuti. §. fin.* Etenim hoc natura praedii esse videtur, & ignis. Nam ignis vix sine fumo vnoquam carbonum etiam quamuis sit. Ignis autem & fumi natura sursum tendere, vt aquae deorsum ad iuum centrum: & proinde eadem ratio, ac in aqua erit

aduersus cuius damnum prospicitur vicino toties, quoties manufacto opere agro aqua nocitura est: sed cum quis manu fecerit, quo aliter fluere: quam natura soleret: si forte immitrendo eam aut maiorem vicinam, aut vehementiorem, aut si comprimendo redundare fecerit: quod si natura aqua noceret, ea actione non continetur, *l. p. in l. §. huc autem actio, de aqua plu. arcend. l. b. 39. P. tit. 3.* Et quando lex agris dicta non est. naturam loci seruandam esse placuit, & semper inferiorem locum superiori seruire debere, atque naturaliter hoc incommodum inferiorem a superiore pati, & ibi quasi quandam seruitutem esse, *dicit leg. 1. §. denique, de aqua plu. arc.* Superior autem is dici potest ager, seu portus aedificium superius, vbi fumus sit respectu ignis, qui primum ab eo oritur & inferius aedificium per quod transit. Nam quem admodum aqua, quae in inferiora tendit, dicitur respectu centri immitti: sic & fumus ab inferiore ad centrum pergens, dicitur quoque immitti, *dicit leg. §. scuti. §. Arist.* ¶ Et ¶ si quis velit ita vtentem iure suo, in suo prohibere, datur ei interdictionem uti possidetis, *d. l. §. scuti. §. sed §. interdictionem, l. §. ne 14. de iniur. in P. l. §. duo. §. hoc interdictionem uti possid.* Scilicet vtile, veluti pro quasi possessione, quae in seruitutibus consideratur, *l. penult. de seruit. in P.* ¶ At si ¶ praeter consuetudinem morem vel in quantitate, vel in qualitate ignem solum augeat, vnde sit vel fumus grauior vel copiosior: puta si res fetidas, veluti centones coriorum, ossa stipulam madidam, vel faenum comburat, vel vice medioctis ignis, puta carbonum, quod tantum poterat facere, ligna vtrahat potissimum viridia & fumantia: vel si antea domus dominus igni communi vtens, locauerit ei, qui castra tabernam exercet, & fumo caseos vel alia siccet, prohibitio fieri potest, si seruitus non sit imposita fumum immittendi, *dicit leg. §. scuti. §. dicit igitur Arist.* Quare & puto nec pro fumo agi posse cum eo cuius est focum habendi, neque pro damno, quod inde euenerit ex incendio, nisi antea prospectum fuerit damni infecti cautione, *l. §. seruis seruum 27. §. si furnum, ad leg. Aquil. contra,* si praeter morem ignem fecerit, vel negligenter custodierit, *dicit leg. §. seruis seruum, §. si fornacarius,* vel consulto, vbi non solet fieri, focum fecerit. Sicque intelligo responsum Vlpiani, quo si quis fumo facto apes alienas fugauerit, vel necauerit, in factum actione tenetur, *l. p. in l. §. si quis fumo 90. L. Aquil.*

De Seruitutibus rusticorum praediorum, Semitae, Itineris, Viae, & Actus.

Cap. 14.

- 1 *Transire per praedium alienum ius non est. fas est si. Iniuriarum actio contra volentem ingredi fundum alienum, inuito domino, competit.*
- 2 *Quibus causis licet aliena praedia inconsultis dominis ingredi.*
- 3 *Via publica in vrbibus destructa, per vicina praedia vti licet.*
- 4 *Vicini coguntur viam vendere ei, qui habet inter illos praedium medium.*
- 5 *Seruitutes praediales rusticae quae: Iter, actus, viae quid, & semita.*
- 6 *Latitudo actus, viae, & itineris quanta esse debeat.*
- 7 *Seruitutibus actus, viae, & itineris concessis, omnia in praedio agere licet, sine quibus quis vti nequit.*
- 8 *Dominus praedii seruientis in seruitute rustica, non tenetur rescindere praedium pro vsu seruitutis: contra, in seruitute vrbana. Rescissionis nomine in seruitute qua non liceant, & de actionibus pro iure hoc confirmando, &c.*
- 9 *Confessoria quomodo & quando domino praedii dominantis competat. Interdictum prohibitorium de itinere quando detur.*
- 10 *Exceptiones quae dantur vocato in ius, ex interdictione de itinere.*
- 11 *In interdictione de itinere, sit estimatio eius quod interest prohibitionem non fieri, vni que cautio de non prohibendo.*
- 12 *Inter Actum & viam differentia.*

¶ Vre communi ¶ diuisione probata rerum, per fundum alterius transire ius non est. *l. per agrum 11. de seruit. C. et si fas sit, ca. 1. pri. d. fin.* Et ideo dominus potest prohibere ingressum fundi cuiilibet. *l. 3. §. 1. de acq. rer. dom. §. plane, apud Iustin. de rer. diuis. l. dimissus, de seruit. rust. praedio.* Et si eo inuito velit ingredi, tanquam prohibitus re sua vti, potest actione iniuriarum experiri. *l. iniuriarum actio, 13. §. si quis, de iniur. in P.* fas tamen est, id est, si non prohibeat dominus potissimum, aequum est: maxime si innoxius est transitus, & iam facta via vel semita fructibus collectis, nam per eum ire desiderat, etsi dominus semitam non in-

tiam petendam a M. Terentio Varrone, qui mihi persuasit actum esse. viam in agris rusticisque concessam: viam & alibi quam in agris, ut actus sit viae species. Sicut enim scribit Varro 4. de lingua Latina. *Via siquidem iter, quod ea verbendo teritur: alius iter in agris: iter iterum, quod agendo teritur: etiam ambitus iter, quod circumuendo teritur, &c.* Vt actus ita sit ius agendi vel iumentum vel vehiculum, scilicet in agrum a villa. Et eo modo videtur sensisse Ulpian. dum agit de priuatis itineribus, in l. 2. §. *primaria via, ne quid in loc. pub. lib. 43. P. tit. 8.* *Primaria via, inquit, dupliciter accipi possunt: vel hec quae sunt in agris, quibus imposita est seruitus, ita ut ad agrum alterius ducant, vel ea quae ad agros ducunt: Per quas omnibus commone liceat, in quas exiit de via consulari: & sic post illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens.* Sextus Pompeius Festus in libris de verborum significatione: *Actus, inquit, modo significat in comedius & tragediis, certa spatia canitorum. modo iter inter vicinos quatuor pedum: modo in Geometrica minorem partem ingerit, id est, centum viginti pedum, &c.*

De Aqueductu. Cap. 15.

- 1 *Aqueductus quid. Seruitutes iura dicuntur. Aqua ducitur ex publico vel priuato loco sed permittente domino, &c.*
 - 2 *Aquam ab alio ducens praedio, quando alii possit impertire, &c. Aqua dominus, si alius ius seruitutis non habeat, concludere & conuincere in suo aquam potest opere manifestato.*
 - 3 *Princeps permittit aquam ex riuo vel loco publico ducere, hocq; ius est reale & personale. Concedebant hoc ius olim praetores & senatus, causa cognita, priuatis, &c.*
 - 4 *Consuetudo immemorialis cuius, ex publico aqua ducendi tribuit. Per viam publicam, vel supra aquam ducere, ad principem concedere pertinet.*
 - 5 *Via publica media ductum aquae non haustum impedit. Impedit etiam medius locus, facer & religiosus.*
 - 6 *Aquam ex publico ducere licet, si sine iniuria fieri alterius possit, vel nauigantium.*
 - 7 *Ex flumine publico non nauigabili, & quod in nauigabile non descendit, licet cuique priuato aquam ducere, sine praedicio tamen accolarum, & non auertendo aqua alieum.*
 - 8 *Flumina sunt publici iuris, nisi non sint nauigabilia neque quicquam priuata auctoritate potest facere potest supra. Stagnum quid, & lacus, & fossa.*
 - 9 *Medium praedium inter aquam & praedium ducens aquam, seruituti consentire debet, alter impedit.*
 - 10 *Aqueductum qui habet, non potest supra alterius iter aream scindere.*
 - 11 *Seruitus ducenda aqua ex flumine per vicinum fundum, flumen inde recedens non sequitur.*
 - 12 *Ductus aquae & aqua haustus seruitutes differunt.*
 - 13 *Aqua ducenda, de modis, &c. l. 4.*
 - 14 *De aqueductibus insignioribus Romanorum.*
 - 15 *Modus ducenda aqua mutandus non est. Reius quid, &c.*
 - 16 *Ductus aquae praesentis & inquirenda, & fontis, & ex fonte conceditur.*
 - 17 *Aqua ducenda, nec ut iuineris ius diuidi nequit, at potest aqua & vsus diuidi.*
 - 18 *Diurna, nocturna, aestiua, quotidiana, ab vsu diuisio ducta quomodo.*
 - 19 *Modus concessus aquae ducenda, & quomodo quis incipit vti, si indefinito fuisse concessum ius ducendi, sequentis. Idem in itinere. & actu, & via.*
 - 20 *De remedio contra vtiuentem alio quam oportet modo ductu aquae, & de restitutione reite vtiuentis.*
 - 21 *Aqua exarsescens, ex qua seruitus, si postea redeat seruitutem reuertet.*
- 1 *Aqueductus est, ius aquae ducenda per fundum alienum. l. 1. de seruit. rustic. §. rusticorum, eod. ap. Iulian. Res enim tua nemini seruit, l. vii. §. si vsus vsus, l. 7. et. l. in re. communi, de seruit. urban. l. nemo 38. eo. ius commune omnibus est seruitutibus quae in iure constituentur & iura dicuntur l. 1. §. final. de rerum diuision. l. 1. de seruit. urban. l. 2. quem admodum seruitus. Aqua porro ducitur vel ex priuato, vel ex publico, l. 1. §. hoc interdicta, de aqua quotidiana & aestiua. Ceterum aquam quae in alieno loco oritur, sine voluntate eius, ad quem vsus cuius aquae pertinet praetoris e-*

dictum non permittit ducere, *Laquam 4. de seruit. & aqua, lib. 3. Cod. tit. 1. 34.* Sicuti & qui aqueductum ab alio obtinuit, ex eodem alteri non potest impertire, inuito eo qui primus concessit, l. Lucio, de aqua quotidiana & aestiua. l. ex meo, 24. de seruit. rustic. praedior. nisi postquam ingreſſa aqua est fines praedii tui, l. 1. §. illud, de aqua quotidiana & aestiua, lib. 4. P. tit. 19. Nec praeses provinciae seu iudex, vsus aquarum, quae ex fontibus iuris nostri oriuntur, contra statutam consuetudinis formam, nos care nobis inuitis, cogit: utpote quod durum sit & crudelitati proximum, agris nostris sitientibus, aquam nostram ad aliorum vicinorum agrorum vsum propagari, l. praeses provinciae, c. de seruit. Cod. Ideo si & iustitio seruitutis non doceatur, dominus fundi in quo aqua est, factio in loco proprio opere, continere aquam potest: ne alibi fluat, l. si vbi, 10. Cod. de seruit. §. Permittitur l. 1. §. permittitur, de aqua quotidiana. Iulius Frontinus lib. 1. de aqueductu etiam aquam vel ex castello, vel ex riuo, vel ex quo alio loco publico ducere: verum id a principe conceditur, dicit §. permittitur. l. quo minus, de fluminib. l. 1. §. in publico §. sine permissu, de aqua pluuia arcent. P. Alique nulli competit ius aquae danda. Daturus hoc interdum praedius, & est tunc reale, quod extincta persona non extinguitur: interdum personis & ideo ad alium dominum praediorum non transit, neque ad heredem qualemcunque successorem, dicit §. permittitur, l. ecoris, & l. quero, de seruit. rustic. praedior. l. arbor. §. final. commun. diuidus. P. l. priuilegia, de regulis iuris. l. quia talem, solut. matrim. P. Videretur & hoc ius concedendi datum praetoribus antiquitus, l. si autem plures, 10. §. final. de aqua pluuia arcent. lib. 3. P. tit. 3. & senatus eo quod populi vel principis auctoritatem referrent: vel isti tantum causa cognita concedebant, si non noceretur publice utilitati, l. 2. de fluminib. P. §. Sicut §. & consuetudo aliquando, quae initio non 3 habet memoriam, aqueductum ex publico sustinet, l. hoc iure, §. ductus aquae, de aqua quotidiana & aestiua. videtur enim id princeps ratum habuisse, §. Sic §. ad principem pertinet, vt ab eo solo 4 petatur, vt per viam publicam sine incommodo publico aquam ducere liceat. §. Nam §. is locus intermedius, quamuis aqua 5 haustum non impedit: impedit tamen aqueductum, vt & sacri & religiosi loci interuentus, l. seruitutes praediorum, 14. §. publico loco de seruit. P. §. Conceditur §. autem & aquam ex publico & 6 per viam in publico ducere si sine iniuria alterius id fiat, l. Imperatores, 17. §. fin. de seruit. rustic. Fieret autem iniuria alterius, si concessus aqueductus esset ex flumine nauigabili, vel si is flueret in flumen nauigabile, vnde nauigatio & commercia laedantur d. l. si autem, §. fin. de aqua plu. arcent. l. 2. de fluminib. lib. 43. P. tit. 1. l. 1. vt in flumine publ. nauig. lice. lib. 43. P. tit. 13. Quare nec princeps potest tunc permittere, nisi huic iuri nominatum deroget, gl. in d. l. 2. de flumin. §. Si §. tamen publicum flumen nauigabile 7 non sit, nec damnum publicum sequatur, licet cuique etiam sine Imperatoris permissu vel senatus, nisi illi verent, inde aquam ducere, d. l. 2. de fluminib. Quod intelligo sine iniuria etiam accolarum, vt non liceat aquae alieum diuertere, l. 1. §. sunt autem qui putant, ne quid in fl. pub. lib. 43. P. tit. 12. §. Sunt §. enim flumina 8 perennia iuris publici, etsi non sint nauigabilia: nec ab aliquo ex priuatis vsurpati omnino debent, nec possunt: non secus quam non possunt impedit, ne fluant: & ideo qui in fluminis publici vtraque ripa habet domum, non potest flumini pontem priuati iuris imponere, l. si de fluminib. P. nec prohibere ne nauigeret in eo d. l. 1. §. hoc interdicto, vt in flum. publ. nauig. lice. Si tamen stagnum, fossa, lacus priuati iuris sint, qui dominus est, potest libere his vti, & aliis interdiceret. Stagnum est, quod temporalem continet aquam stagnantem potissimum tempore hyemis. Lacus, qui perpetuam habet aquam. Fossa, receptaculum eius manufactum l. 1. §. si priuata, §. si §. vt in flum. ub. nauig. l. e. l. lacus de acquir. rer. dom. Quae tamen esse etiam publica possunt vt tunc, cui libet vti ex arbitrio non liceat, d. l. 1. §. plane, vt in flum. publ. nauig. lic. §. Fieret item §. iniuria dominis praediorum mediocum, inter praedium eius qui obtinuit, ductum aquae & ipsam publicam aquam si per eius fundum eo inuito duceretur: proinde & de seruitute depacifici ducendam oportet cum eo, cuius est praedium medium, quod alioquin seruitutem impedit, Paul. l. qui sella 7. §. fin. de seruit. rustic. praed. & idem Pau. l. si prius 17. §. fin. de aqua plu. arcent. l. 3. §. 1. de aqua quotidiana & aestiua. sicuti si aliunde ex priuato vteriori fundo ducere vellet, conuenire debet, & cum illis quorum interest per locum duci, l. in concedendo, l. 8. l. in dem, 9. l. si autem, l. 10. de aqua plu. arcent. P.

§. Nec §. qui habet aqueductum, poterit arcu supra iter alteri 10

debitum struere, per quem aqua relicto itinere transeat, *l. supra iter. 11. eod. tit.* ¶ Inno si aquam ex flumine publico per fundum meum vicinum flumini ducas, & flumen recesserit, non potest subsequi flumen seruitus: quia ei loco seruitus imposita non fit, quamuis is locus meus sit: subsequi tamen potest, si alluione ad fundum tuum accesserit, *l. hoc iure. 3. § si aquam, de aqua quoti. §* *str.* ¶ Aquæ ductus, ¶ seruitus ducendæ tantum aquæ est, vt dicitur *l. ferat ab hauustu aquæ seruitute. § Porro ¶ modi ducendi aquam* quales permitti sunt considerare oportet, nam plures sunt: dicuntur enim per riuos apertos & clausos, per subtractionem, per opera arcuata, per modulos, fistulas, *l. l. Fronti. in princip. l. de aqua duct. § in 2. euripos, tubos, digitos. l. Lucius, de seruit. rustic.* per formas, *l. 1. de aqua duct. lib. 11. C. & similia*, ad hauriendam & continendam aquam organa plura a Vitruuio *lib. 10. architect. c. 9. 10. 11. 12.* explicata, vt per tympanum, per rotam cum modiolis, *de hac in l. 2. com. predio. & castello, per rotam cum fistulis, per colem, per cthesibicam machinam.* Et apertius alibi idem Vitruuio *lib. 8. cap. 7. Ductus*, inquit, *aque, sunt generibus tribus: riuus per canales strictos, aut fistulis plumbeis: seu tubulis fictilibus. docetque construendi rationem. § Palladius lib. 9. de re rustica. c. 11. & hos & alium refert modum. Cum ducenda*, inquit, *est aqua, ducitur aut forma strictulis, id est canalibus fabrica constante, aut plumbeis fistulis, aut canalibus ligneis, aut fictilibus tubis. ¶ Et res fictilis ¶ ducere recens inuentum fuerunt & aquæ ductus Romæ* *14. ex cocto latere, ea latitudine & altitudine, vt eques infidens equo per eos ire possit, Procopius l. 1. Paulo Iuriconsulto placuit in l. prius, l. 17. § 1. de aqua pluua arcend. l. 1. § final. de riuis. lib. 43. P. tit. 20. non alias per lapidem aquam duci posse, nisi hoc in seruitute constituenda comprehensum sit: quia non consuetudinis sit, inquit, vt qui aquam habeat, per stratum lapidem ducat: illa autem que sepe in consuetudine esse solent, vt per fistulas aqua ducatur, etiam si nubi comprehensum in seruitute constituenda, fieri possent: ita tamen, vt nullum damnum domino fundi ex his detur. Sic is qui ius aquæ quotidianæ potest, dummodo ne fundum domino, aut aquarium riuilibus deterius faciat. l. 3. penult. de aqua quotid. & affi. l. Quintus Mutius, 15. de seruit. rustic. P. Et si aqua ducatur ab alio etiam supra eam alia aliqua per pontem, qui supra riuum factus sit, iure ducitur. dum inferiori riuo non noceatur. d. l. 3. § si de aqua quotid. ¶ Modus ¶ tamen ducendi electus sequendus erit. Nam si quis ex riuo tecto vsus, per apertum ducere velit: vel contra, qui ante apertum duxit, nunc tecto velit: interdicto ne quid in flumine publico ripave eius fiat, tenetur, si modo hoc eius factum, in commodum aliquod circa accolentes afferat, l. 1. § si quis ex riuo ne quid in flumen publico. Simili modo si incile, quid incile, in l. 1. § incile, de riuis. lib. 43. P. tit. 20. ducat, vel alio loco faciat, vel si alieum fluminis mutet: nec ex aperto riuo terrenum facere debet, nec signinum seu lapideum, non atcollere, non deprimerè, non dilatare, vel extendere, non operi aperiturum vel contra. l. 1. § fin. § l. 1. de riuis. P. Riuus autem, locus est per longitudinem depressus, quo aqua decurrat, d. l. 1. §. ais ergo, de riuis. ¶ Conceditur ¶ ductus aquæ non tantum præsentis & fluentis, sed etiam quærendæ & nondum inuentæ. l. Labeo, de seruit. rustic. prædior. l. penult. § final. si seruitus vnd. in P. l. et fund. do, 19. de seruit. tit. generali. Olim ex capite seu ex fonte aquam ducere non erat permittum, hodie & inde seruitus constitui potest aquæ ducendæ. l. seruitus aquæ ducendæ, 9. de seruit. rustic. c. prædior. l. 1. §. hoc interd. l. 1. de aqua quotid. ¶ Et ¶ quamuis via, itinere actus, & aquæ ductus pars in obligationem deduci non possit, quia vsus eorum indiuisus sit l. via, 17. de seruit. lib. 8. P. tit. 1. tamen temporibus & modo vtendi, aqua & deductio eius diuisi potest remanente iure vtendi indiuiduo. l. 4. in princ. § 1. § si. § l. 5. de seruit. tit. generali. l. 2. § 1. § fin. de seruit. rustic. l. cum constet. 6. de aqua quotid. in P. Idem & in aquæ hauustu si aqua si ficiens sit pluribus. Et si pluribus per eundem locum, aquæ ductu concessio, non conueniant inter se qui ius habent quomodo vtantur, possunt agere inter se communi diuidendo. l. 4. in fine, de aqua quotid. § est. vel vi debent alternis diebus, seu temporibus inter se præfinitis, l. cum constet, 5. de aqua quotid. Vnde ¶ sunt & aquarum diuisiones temporibus vt diurnarum vel nocturnarum aquarum, quia horis illis tantum quis aquam ducere possit. l. 2. de aqua quotid. l. si commune, § 1. quemadmodum seruitus amittit. 4. § modum, § l. via. § 1. de seruit. tit. generali. Inde & dicta æstiuæ & quotidiana. l. de interd. 6. § riu. l. tit. de aqua quotidiana & æstiuæ. Æstiuæ, quæ est, quæ æstate sola vti expedit, vel*

tantum conceditur, vel æstate tantum sui natura duci potest. Quotidiana, quæ assidue duci solet vel potest, vel æstiuo vel hyberno tempore. Ea quoque quotidiana, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est, si perennis est. l. 1. §. duo autem, cum sequentibus. §. de aqua quotidian. ¶ Eo ¶ modo quo concessa est seruitus aquæ ducendæ, vtendum est, nec miscenda alia aqua, l. 1. §. item queritur, eod. eoque quo quis cepit vt, d. l. 1. §. illud, eod. Nam concessio aquæ ducendæ per fundum generaliter facta, vt & via: & itineris, & actus, quamlibet partem fundi habet ad vsu liberam: ciuili tamen modo, qui tacite in concessione venire videtur, vt nec per vineas, nec per villam ipsam hæc liceant, cum ea æque commode per alteram partem duci possit, & minori seruitus fundi detrimento: verum constituit, vt qua primum quis viam direxisset, ea ire agere deberet, neque amplius mutandæ potestatem haberet: licuit & riuum primo qualibet licuit ducere, si certus non fuenit locus, postea autem quam ductus est, non licet transferre. l. si cui simpliciter vsu, 9. de seruit. tit. generali, l. si mihi concesserit, 21. § l. si via, 26. de seruit. rustic. prædior. l. certo generi, §. si locus, eod. nisi in conuentione seruitutis id sit permittum nominatim, vt per quamlibet partem fundi ire, agere, ducere liceat, nihil enim prohi bet, subinde si velit mutare, l. nam satis, 6. §. ceteri, quemadmodum seruit. amittit. lib. 8. P. tit. 6. quia expressa conuentione tollit taciti legis interpretationem, l. 1. §. si conueniat, de pos. in P. l. fin. de pact. tempore. C. ¶ Itaque si quis alio modo quam permittum est, vel alio tempore interdicto vsus sit, prohibetur: vt contra si quis modo concessio & vsu continuo vtatur, & prohibetur vt, vel concessum reficere, interdicto quoque iuuatur de aqua quotidiana & æstiuæ, prout videbis in l. 1. cum suis §. de aqua quotidiana & æstiuæ, interdicto de riuis, tit. de riuis, l. b. 43. P. tit. 20. ¶ Sed ¶ si fons exarterit, vnde ducetur aqua, & postea renascatur, seruitus que antea extincta videbatur, & vna re uiuiscet: tunc dumque erit prædium dominans, quia citra domini negligentiam amissa erat vel suppressa. l. vnu ex sociis, 32. §. fin. § l. 1. §. Anticinius, 35. de seruit. rustic. prædior. l. si quis ex fundo, 13. §. l. si locus, 14. quemadmodum seruitus amittit, per restitutionem quamdam. Sed hæctenus de aquæ ducendæ seruitute dictum sit, præter alia superiorem libro 3. explicata videre poteris de aquæ ductu. c. 2. & lib. 1. c. 3. & 4.

De Aquæ hauustu. Cap. 16.

- 1 Aquæ hauustu seruitus rustica prædialis, cui aqua imponitur.
- 2 Ius hauriendi prædialis seruitus prædio acquiritur, vt non possit inde alteri concedi: Et quid differat ab vsu hauriendæ aquæ personæ concessio.
- 3 Hauustu aquæ vicino proximo tantum, vel medio consentientis remoto conceditur, concessio hauustu, concessum censetur iter ad hauriendum per fundum, & reliqua, sine quibus hauriri non potest, actio, & rescriptio, & similia, & c.
- 4 Interdictum de fonte: & confessoria quando pro hauustu datur.

Aquæ hauustu rustico prædiorum seruitus est, l. 1. §. m. prædior. de seruit. rustic. præd. §. inter, de seruit. quæ imponitur aquæ, quæ duci non potest qualis putealis, l. 1. §. quamquam, de aqua quot. quæ conceditur ius hauriendi aquam, non ex flumine publico, quia inde sine seruitute cuiuslibet licet haurire, l. 3. §. fin. de seruit. rustic. sed ex flumine, fonte, riuo, lacu, puteove priuato, vel in summa ex prædio vicino, quatenus ad fundum nostrum opus sit ¶ Nam ¶ ad prædii tantum dominantis necessitatem redduntur prædiales rustica seruitutes, l. ergo, 5. de seruit. rustic. prædior. vt & aliis vicinis prædiis qui acquiritur, non possit communicare ex alieno, nisi conuentum sit, l. ex mo, 24. § l. cum essent, 33. §. final. de seruit. rustic. cum seruitus etiam seruitus esse non possit. l. 1. de vsu & vsu fruct. legat. Et hauriendi ius non hominis, sed prædii est, Pompon. in l. si mihi, 20. §. fin. de seruit. rustic. Et ita tantum conceditur ei, qui fundum vicinum habeat, l. ergo, 5. de seruit. rustic. & in hoc distinguitur hæc seruitus ab vsu aquæ hauriendæ personæ concessio quæ seruitus potius personalis, vel aliud debitum personale censetur, & quæ extinguatur cum persona. l. pecoris, 4. § l. nono. Titul. 37. de seruit. rustic. l. Melari, §. fin. de aliment. §. cibari. leg. lib. 34. P. tit. 1. cum tamen realis prædii possessores sequatur l. 1. §. permittitur, de aqua quotidian. & aliu. l. in publico, §. sine permissu, de aqua plu. arcend. ¶ Conceditur ¶ hauustu tamen vicino alii, quam proximiori, dummodo intermedius iter præbeat ad transeundum & ad hauriendum. l. si prius, 17. §. fin. de aqua plu. arc. P. Qui tamen vicino proximiori aquæ hauustu concedit, in suo videtur concessisse, & iter ad hauri-

3 Calx quid, & ex quibus fiat.

4 Alia seruitutes rusticae, bonae quibus fundus colitur in vicino praedio pascere: fructus in vicinam villam cogere, pedamenta ex vicini agro tollere: terram vel lapidos in fundum vicini iacere, alius tollere: per praetorium vicini transire, &c.

Alia sunt etiam seruitutes pro utilitate praediorum dominantium institutae, arenae fodiendae, & cal. is coquendae in praedio alieno, l. 1. § penultim. de seruitut. rustic. praedior. § inter rusticorum, de seruitut. cretae eximendae, quae constitui possunt iure seruitutis rusticae, in quantum exigit solum utilitas fundi dominantis, puta ad opera fructuum colligendorum causa faciendae, vel ad villulam ea causa aedificandam, & ad familia, non vltra, ad vendendum vel transferendum: Nam si hoc concedatur alia erit seruitus personalis vsus fructus vel vsus, vel ius aliud: veluti si quis figulinas habens, cretae eximendae ius habeat, vel dolia in id facta vendat, quae recte explicat Vlpian. & Paul. in l. ergo, §. l. veluti, §. de seruitut. rustic. praedior. Possunt enim lapidicinae, vel cretae fodinae, & Fornaces calcis proventui esse domino praedii, qui alio iure in alios quam seruitutis transferre potest, ut in l. diuortio, §. si vir in fundo, solum matrimon. Et possunt conducit Salinae, arenae, cretae fodinae, vel metallif. dinae, l. sed & h. 13. de publ. & velli. lib. 39. P. tit. 4. & cororiae, in l. Casar, §. 15. eod.

2 Cretam esse speciem terrae dixit Varro lib. 1. de re rustica, cap. 9. & terram ab admixtis dici aut cretosam, aut glareosam &c. id est, cum creta vel glaream mixtam. Estque creta terra tenax quam vtuntur figuli, quam nonnulli vocant argillam. Colum. lib. 3. de re rustica, cap. 11. A creta insula, quae illa terra abundat, dicitur: quamvis & multa eius terrae sint participes regiones. Vnde & diuersorum colorum adferuntur hodie, picturis & aliis rebus subseruientibus: vt cimolia, sardia, umbrica, saxum argentaria, de quibus & eorum vsu Plinius l. 35. c. 17. & c. 6.

3 Calx fit ex lapidibus in fornace concoctis fit, potissimum ex lapidibus albis non variis nec duris effossis, qui meliores ad id opus, quam ex ripis fluminum collecti, Plin. lib. 36. cap. 23. fit & in India hodie ex ostreis & buccinorum crustaceorum testis, Ammat. Lusina in comment. in Dioscorid. lib. 5. enarrat. 93. vtriusque modi officinum def. tribit Dioscorides lib. 5. cap. 7. c. 1. §. 1. cap. 133. de calce viva.

4 Neratius fit addit in l. 2. de seruitut. rustic. etiam alias seruitutes rusticas licet alius tollere, & officere praedio vicini, vel cloacae licere habere, quia & seruitus, l. 1. §. 1. de cloaca, 7. de seruitut. tit. l. generalis, quid cloaca, in l. 1. §. 1. de cloac. locus concanuis per quem colanuis quaedam sinat, per vicini domum vel praetorium, vel protectam habere. Item l. 3. de seruitut. rustic. posse & ita seruitutes imponi, vt & boues per quos fundus colitur, in vicino agro pascentur: vt fructus in vicini villa cogantur, & actiue habeantur, & vt pedamenta ad vineam ex vicini praedio fumanter item vicino, cuius lapidicinae fundo suo imminuant, posse te concedere, ius ei esse terram in fundum iacere, saxaque imposita habere, & in tuum lapides promouulantur, ibique positi habeantur, indeve exportentur. Ceterum istae seruitutes particulari non egent enuileatione, quando iam satis earum substantia & iura possint ex his, quae de vrbibus & rusticis aliis diximus, intelligi. Sicuti si lapidicinae in tuo agro sunt, seruitus constituta de illis eximendis habet eandem tractationem: nam sine consuetudine vel seruitute, ius non est inuito praedio domino, cedere, l. venditor, §. 15. §. si constit. commun. praed. o. P.

De Constitutione Seruitutum. Cap. 21.

- In constitutione seruitutum, res, persona, modus constituendi considerantur, & quomodo ad praedictum habere debet, qui debet, & qui habet seruitutem praediorum: futura seruitus promitti potest, vt in l. 1. §. 1. non dicitur debita, &c.
- Rebus publicis priuatis nempe imponit seruitutem.
- Res propriae seruitus imponi potest, non sacrae, non religiose.
- Personae quae in seruitute acquirenda vel concedenda exiguntur, debent esse domini praediorum.
- Modi constituendi seruitutes tot, quot acquiruntur vsus fructus: & quomodo lege publica, & priuata, & pactis constituantur, & patientia.
- Quomodo antiquitate constituantur seruitutes, seu de praescriptione seruitutum.
- Ex rerum consequentia constitutae seruitutes.
- Modus utendi seruitute a domino tantum & paciscentibus constitui potest.

9 Seruitutes quaedam praediales reales, ne, nisi ex aequitate, ex tempore, ad tempusve constitutae sustineantur: reales personales quoque iure ipso.

10 Ab uno ex dominis communis rei seruitus quomodo imponi non possit.

Quia quaedam superioribus seruitutibus communia sunt, ne saepius eadem repetere cogemur, ea in communem quandam tractationem reicienda censui. Proinde de constitutione seruitutum, de hinc de actionibus, quae pro seruitutibus competunt, & postremo de earum extinctione & sine in vniuersum agendum est. Itaque in constituenda seruitute res, personas, & modum constituendi perpendi debere arbitror. Res, in quibus constituitur seruitus & quibus constituitur vel quaeritur considera. Nam sine praedictis seruitutes praediales constitui non possunt. Et nemo potest seruitutem acquirere vel vrbani, vel rustici praedii, nisi qui praedium habet: nec quisquam debere, nisi qui praedium habet, Vlpian. l. 1. §. 1. comm. praedio, l. 8. P. tit. 4. §. ideo de seruit. ap. l. 1. §. 1. atque ideo praedia sequuntur, l. cum fundus, §. 13. commun. praedio. Quamuis qui fundum non habet, promittere possit, l. heredes eius, §. 2. §. an ea fam. erciscun. lib. 10. tit. 2. sed ideo non debet, vt alius sibi acquirat: aliud enim est tradere vel dare, quod traditionibus & patientia fit: aliud obligari ad dandum, in quo consistit obligationum tantum substantia, l. obligationum substantia, de alio. Sic futuro aedificio acquiri vel imponi seruitus potest, l. 1. §. 1. §. 2. §. fin. de seruit. vrbani. praedio. Ita & futurae nondum inuentae aquae ducendae seruitus constitui potest, l. Laabeo, §. 10. de seruit. rustic. praed. l. pen. & si seruit. vindi. in P. Verum non sequitur statim deberi, sed solum aedificio facto, vel aqua inuenta. Nec statim, vt seruitus promissa est, fit mea, l. existimo, §. 8. de verbo. obl. §. P. quando rebus non existentibus, quibus vel a quibus deberi potest, fit promissio. Quia ea conditionalis sua natura est, si res sit: & qui debet sub conditione, quamuis ei cui debetur ratione spei creditor sit, l. is cui sub conditione, de alio. P. tamen qui promissit vere debitor non est, quia potest conditio non impleri. Et ideo sub conditione debitum per errorem solum, pendente conditione, repetitur, vt tunc indebitum, l. sub conditione, §. 16. de condic. indeb. lib. 12. P. tit. 6. l. §. 1. §. 1. §. fin. de pignori. in P. Habemus exemplum valde conueniens in stipulatione dotis causa facta: nam dos ante nuptias male petitur, quasi hoc expressum fuisset, & nuptias non secutis, ipso iure euanescit stipulatio, l. 4. §. huius rei, de pact. lib. 2. P. tit. 1. §. 1. quia ipsa promissio habeat in se conditionem si nuptiae fuerint sequutae, l. plerumque, §. si ante, & l. stipulationem de iur. dot. P. Et ideo non potest dici debitum vere ante conditionem, quia nec agi potest, l. cedere, de verborum significat. §. Deinde fit confidero praedia esse debere priuata: nam publicis imponere non potest priuatis seruitutem, veluti vt ex flumine vel castello publico hauriat, quamuis eius longa possessio aliquo modo sustineatur, l. 2. commun. praedior. tit. 4. lib. 8. Id ipsum, si imposita sit seruitus, ne piscari liceat in mari, cui nulla imponi seruitus potest, l. venditor fundi, §. 14. commun. praedior. in P. Neque fit in re propria quis sibi constituit seruitutem, cum res sua nemini seruiat, l. vti frui, §. si res fructus petri, lib. 7. P. tit. 6. l. in re commun. de seruitut. rustic. praedior. l. cum in fundo, de iur. dot. l. quicquid, §. 11. commun. praedio, vt nec acquirere quis potest alienis aedibus, Vlpian. in l. si quis duas ados, §. 1. commun. praedior. nec per sacrum locum, religiosum, vel sanctum, potest seruitus deberi, l. seruitutes, §. 14. §. si de seruit. tit. generalis, l. si prius, §. 17. §. sed loco, de aq. plu. arden. lib. 39. P. tit. 3. In personis fit consideramus generaliter idoneas ad res suas tractandas, in utraque sua cedenda: vt quemadmodum reliqua bona liberae possunt distrahere & quaerere, sic & in his quaerendis vel amittendis seruitutibus statuamus per eandem libertatem administrationis bonorum propriorum, l. in re mandata, l. manda. l. sed & si lege, §. constituit, de peti. hered. l. 1. de leg. ius. Can. null. n. cum simit. b. Debet igitur esse dominus plene fundi, qui imponit vel qui acquirat seruitutem: siquidem imponi alienis non potest, l. si quis duas, §. 1. commun. praedio. P. vt nec maritus fundo dotali, l. Iulianus, §. 5. & l. §. de fundo dotali, §. 23. P. in §. possit imponere, nec proprietarius fundo vsu fructuario, nec vsu fructuario, l. sed & si quid, §. 19. §. sed neque seruitutem, de vst. §. quaedam, quis vna, salte vt nocere possint aliis Sic vasallus & emphyteota quidem seruitute feudo ac fundo emphyteotico recte imponitur, & quandiu possidet hoc iure valet, Pet. Iacobus in sua, tract. tit. de alio. in rem pro re emphyteotica, Floria, & P. tit. Cast. c. 1. §. de seruit. in P. §. 13. l. eod. Boer. §. 18. n. 1. at si redit ad dominum feudum, vel res emphyteotica iure domini, plationis vel

commissi, exstinguitur seruitus: secus si ad eum tanquam ad priuatum veniat. *Perius de villa Peric. in l. 3. de seruitu. P. Guido Pap. q. 575. qui ita iudicatum tradit, Et Boer di. q. 181. numer. 6. & 7.* Potest arbitrariter in iudicio communi diuidendo constituitur, si regionibus fundum non veltigalem diuisum duobus adiudicauerit, quasi in duobus fundi seruitutem imponere, *l. commun. diuidendo, 7. §. N. ratiu. commun. diuidun. l. item Labeo, 23. versicul. sed*
 5 *& regionibus. fam. l. c. cum. P. §. Ceterum t. modi constituendi seruitutes tot sunt, quot acquiritur vsusfructus, l. via, iter. §. de seruitu. l. 3. de vsufructu. §. final. eo. ap. Instin. de quibus in vsufructu dictum. Constituantur itaque loci natura, lege & vetustate, consuetudine, l. 1. §. final. & l. 2. de aqua plu. de natura loci paulo ante diximus: & de lege, quae publica & priuata, supra cum de seruitute excorrendi aqua: egimus, cap. 17. Continetur itaque priuata legis nomine constitutio seruitutis facta in testamento. cum heres per damnationem, quae est legati species, §. 1. de legat. Paul. lib. 3. recepit. sentent. in l. 6. Vlpian. in i. tit. 24. iubetur seruitutem alicui dare, vel concedere, vel pati eam, §. final. de seruitu. l. potest, 17. commun. prad. P. Est enim testamentum lex priuata. §. disponat, de nupt. in ambentio. Cuiusmodi & sunt pacta conuenta & stipulationes, l. legem quam dixisti, de pact. Cod. 1. §. si conueniat, de pos. quibus & constituitur seruitus, §. final. de seruitu. l. heredes eius, 26. §. an ea fam. l. c. cum. P. l. existimo. 98. de verborum obligat. Sed & potissimum patientia domini, cuius praedium seruitutem debet, quae realis constitutio est, l. 3. de vsufructu. l. 1. de seruitu. iustic. prad. §. 1. §. hiter, 2. de action. em. in P. §. In antiquitate t. causa, & praescriptiones, longusque vsus, & consuetudo considerantur. Seruitutes quae in superficie consistunt possessione retinentur: nam si forte ex aedibus meis in aedes tuas tignum immisissum habueris, hoc vt immisissum habeam, per caullam tigni possideere iure, quo aqua constituta est: veluti ex legato, vel alio modo: sed vtilem habere actionem, vt ostendat per annos forte tot se non vi, non clam, non precario possidisse, Vlpian. in l. si quis diuturno, l. eod. §. seruit. vind. lib. 8. P. tit. 5. Et si agi lex non inueniatur, vetustas vicem legis obtinebit: Et in seruitutibus hoc idem sequitur, vt vbi seruitus non inuenitur imposita, aut quando quis vsus sit seruitute, neque vineque clam neque precario, is habuit se longam consuetudinem, & veluti iure impositam seruitutem videtur, l. 1. §. si de aqua plu. arc. li. 39. P. tit. 3. Et Saenola respondit, solere eos qui iuri dicendo praesunt tueri aqua ductus, quibus auctoritatem vetustas daret, tamen si ius non probaretur, l. fin. eod. de aqua. Et Pomponius ductum aque, cuius origo memoriam excessisset, iuris constituti loco haberi, l. 3. §. ductus aqua, de aqua quot. lib. 43. P. tit. 19. Antoninus quoque Caesari longitudinem temporis vicem seruitutis habere voluit, l. 1. C. de seruitu. §. aqua, li. 3. tit. 3. Et haec referenda sunt ad praerogatiuam temporis, non impugnata, id est, quae auctoritatem habeat citra male fidei suspicionem, vt pote vsu continuato praesente & patiente domino, qui constituisse ita censetur a lege. Nec verisimile enim est in seruitutibus vel iuribus, quae habent vsum continuum, vbi aliud non docetur, scilicet de precario, vel vi, vel clandestino vsu, dominum passum fuisse sine voluntate vsus vicini: & ita ductus aquae, & tigni immisissio, quae vsum habent continuum per temporis praerogatiuam, recte sibi constitutionem seruitutis arrogat, patiente domino & sciente, exemplo rerum immobilium, l. 2. §. l. si manifeste 7. de seruitu. §. aqua, C. In aliis autem seruitutibus, quae non continuum vsum sed interpolatum habent, ex quo domini patientia argui non potest, certe aliud statuendum censeo, vt & titulus & bona fides & possessio praedii cui adhaeret seruitus, exigatur: nec per se seruitutes vt pote incorporales vsu capi posse, l. seruitutes, 14. de seruitu. l. seruitus, §. 1. de acquir. rer. dom. at cum praedii praescribi iure ciuili l. si aliena, §. 1. de vsu, si habent in quibus Doctores continuatam causam: si non habent in memorabili tempore. Ioan. Fab. in §. aque, de actio. nu. 10. & ibi Angel. 7. col. Doctores in l. 2. C. de seruitu. Feli. in ca. de quarta, col. 15. de praescrip. longo tempore 10. annorum inter praesentes, & viginti inter absentes cum bona fide & titulo ita clarum puto, vt non opus sit tot interperum commentariis & ambiguitatibus, ex Iustiniani expressa decisione. Is enim cum de praescriptione longi temporis agit, idem obseruari nominatim statuit, non tantum si res soli sint, sed etiam si sint incorporales, quae in iure consistunt, veluti vsusfructus, & reliquae seruitutes, Inst. in l. fin. in fi.*

nal. verbi, de praescri. lon. temp. lib. 7. C. tit. 33. dummodo quis iure seruitutis vsus sit, & ab eo tempore quo ita vsus non aliter, l. si de itin. actu. priua. 2. C. de seruitu. generali. & aduersario faciente. Recordari tamen oportet eorum, quae dixi in seruitute vrbana luminum, praescriptionem ex generali consuetudine Gall. & luminum vel fenestrarum non fieri sine titulo, per quantumcumque fuerint tempus vsurpatae. Quia generalis est praescriptionum regula, vt cum possessione vel quasi possessione, qualis in seruitutibus, l. si quis diuturno, si seruitus vind. l. quous, 20. de seruitu. generali, ita intelligenda, l. 2. commun. prad. P. l. 2. de precor. quae non possidentur, d. l. seruitutes, 14. de seruitu. l. seruitus, §. incorporales, de acquir. rer. domi. interueniat bona fides, c. vigilanti, de praescri. expresse in l. fin. quemad. seruit. amit. li. 8. P. tit. 6. l. si de itin. act. priua. in P. & titulus, vt etiam exemplo rerum in mobilium seruitutes praescribi voluit Iustinianus, d. l. fin. C. de praescrip. long. tempor. in quibus titulus exigitur, l. nullo, C. de rei vind. l. longi, & l. diuturno, de praescrip. longi temp. C. Atque recepta interpretum sententia ex auctoritate Vlpiani, vtem seruitute non cogi ostendere titulum, Vlpian. in l. si quis diuturno vsu, si seruit. vind. Quod tamen ego verum non existimo praeterquam in his, quae vsum continuum habent, vt in aquaeductu quotidiano, de quo meminit Vlpianus. Porro in aliis quibus non inest continuus vsus, arbitror edendum esse titulum, ex quo & bona fides praesumitur, etiam si sit minus sufficiens. l. pen. de encl. li. 8. C. tit. 45. c. 1. de praescrip. in 6. nisi improba possessio praecesserit, l. improba, 7. de acquir. poss. lib. 7. C. tit. 32. Pro titulo tamen erit, si de minus praedii seruitutis puta passui, aliquid accepit pro iure pacendi, & tunc sufficit decem annorum praescriptio, quia illud pro titulo, l. venditor, §. si constat, commun. prad. Qui si non adsit etiam in passuis vsu capiendis, quae continuam causam non habent sine ope hominum, requiritur centum annorum & immemorialis possessio, & ita iudicatur, Papus, lib. 14. rap. ad. are. tit. 1. are. fo. 4. §. 5. 6. 7. §. Constituantur t. praeterea ex conuentione seruitutes: vt si quis haustum aquae concedat, consequenter videtur iter ad hauriendum concedere, l. 3. §. final. de seruitu. iustic. vsufructu legato, & iter ad vtendum legatum censetur, l. hinc ad, 9. de seruitu. vrb. prad. l. d. amas, de vsufructu. leg. l. seruitu. sibi, §. vlt. de leg. 1. Et haec quae diximus, constitutionis partem vnam explicant seruitutum: alia autem quaedam ad modum constitutionis pertinent. §. Qua in parte, primum animaduertendum est, a domino solo
 8 modum procul dubio imponi posse, quem pepigerint constituentes, vel qui placuerit testatori, vel qui per vium retentus est: veluti quo genere vehiculi agatur, quod pondus deferatur, quae res vehantur, qua hora & tempore quis vtatur, l. 4. §. 1. & l. via, 3. §. 1. de seruitu. tit. generali. l. cum confer, 5. de aqua quous. & est in. Vt in certa tantum parte fundi seruitus imponatur, l. ad certam, 6. de seruitu. l. si hinc, 7. quemad. seruit. amit. Diuidi enim per modum res, quae vtiuntur, potest quamuis ius indiuiduum sit, l. via, 5. §. vsus eius via itineris, l. 17. de seruitu. tit. generali. §. Veruntamen
 9 seruitutes t. constitui debent pure praediales: Quia haec praediales ipso iure, nec ex tempore, neque ad tempus, neque sub conditione, neque ad certam conditionem, verbi gratia, quando volum, constitui possunt. Sed si haec adiciantur, per pacti vel doli exceptionem occurrunt, contra placitum seruitutem vindicanti l. 4. de seruitu. tit. generali. Quia & alii actus in quibus stricto iure deficiunt, a quiete sustinentur, l. 2. §. item Varus, de aqua plu. arc. lib. 39. P. tit. 5. In personalibus & haec licet iure ipso, vt in vsufructu & vsu, l. 4. de vsufructu. l. §. 1. ut, §. vsufructus fam. l. c. cum. §. 1. de vsu & habit. §. Quod t. si plures domini & socii vnus rei
 10 sint, nec constitutio seruitutis, nec modus ab vno ex illis apponi potest in re communi pro indiuiduo, l. 1. de seruitu. tit. generali, l. vnus ex sociis, 34. de seruitu. iustic. Nec licet vni soli quicquam agere, potissimum quo res deterior communis reddatur inuito socio, l. parietem, & l. in re communi, de seru. vrb. habetque socius ius prohibendi facientem, l. Sabini, commun. diuid. P. l. de papillo, §. si plurimum de no. ope. nuntia. P. l. in concedendo, & l. si autem, de aqua plu. arc. Nec potest seruitus in parte praedii subsistere, id est, pro parte seruitus non dicitur concedi, l. pro parte, de seruitu. nec stipulationes vel pacta earum rerum diuiduntur, quae sua natura diuisionem non recipiunt, l. stipulationes non diuiduntur, de verb. obl. Indiuidua autem est seruitus, & tota in toto demonstrato seruiente praedio & tota in qualibet eius demonstrati parte esse dicitur, l. via, §. fin. de seruitu. iustic. prad. Adde quod re existente communi pro indiuiduo, vnus ex sociis est dominus dicitur, tam e communitatis ratione & indiuidui rem socii quoque inuenies esse, si contra

seffione eligendi. Et tunc per primum actum inducitur quasi possessio. l. in primo. Et in §. qui autem. de aqua quodid. Et astius. Bart. Et ubi in l. 1. C. de seruis. Bald. l. 2. C. eo. eod. tit.

8 ¶ Libellam ¶ in confessoria componit Ioannes Faber, in d. §. aque, in §. quall. num. 16. fundo meo fundus Titii debet seruitute. ne eundem agendi: cum vi vellem secudum indigentiam rei, idem Titias me impediuit vi seruitute: quare peto pronuntiar seruitute fundo meo deberi & competere, quo pronuntiato ad impedimento domine iudex eam quiescere facias, cogasque cauere, ne in futurum impediatur. Et quia damnum passus sum eo impedimento, in centum aureis, pro damno eum condemnes. probatur libellus, in l. scuti, §. si queratur, Et l. Egidius, Et l. barum, l. loc, §. 1. Et l. si forte, §. si seruit. vind.

9 ¶ Vtuntur ¶ istis actionibus, vt diximus, ii, quorum prædia sunt seruituta & dominantia, non alii, l. 1. l. 2. §. hoc autem, Et l. 4. §. competit, si seruit. vindic. nisi sint heredes dominorum stipulantium, qui & agunt, l. 2. §. ex his igitur, vers. ex quo quidem, de verbo. oblig. lib. 45. P. tit. 1. vt emtores prædiorum eorumve heredes. l. cum fundo, §. 6. Et l. 4. de seruis. rust. prædio. P. l. testatrix, 20. §. 1. si seruit. vind. Viles autem actiones harum directarum dantur, nuntiatioque noui operis etiam creditoribus, qui fundos possident, & emphyteosis qui vectigales habent agros. l. et qui pignori, 16. de seruit. riu. generali, l. creditori, 9. de oper. nou. nuntiar. l. 39. P. titu. 1. P. l. ian. l. 1. §. fin. de remissio. lib. 43. P. tit. 24. Datur & vtilis in rem superficiali, & nuntiatio, l. 3. §. si ego superficialarius, de nou. oper. nuntiar. P. item & fructuario, l. 1. §. siem Iuliano, de remissio. l. 2. §. fin. si seruit. vindic. P. Quod si plures domini fundi vnius sunt, cui seruitus debetur, quilibet ex dominis in solidum agere poterit, sed in æstimationem id quod interest venit, scilicet quod eius interest qui experietur: & si plurius sit fundus qui seruit, aduersus vnum quemque eorum in solidum agi potest, & qui defendit solidum restituere, cogitur, quia hæc res diuisionem non recipit. l. loci corpus, 4. §. si fundus, si seruit. vind. l. via, itinervis, 17. de seruit. in P.

10 ¶ Agitur ¶ autem his actionibus contra quemcunque impediuntem vi seruitute. l. si quis disturno, 10. §. agi autem, si seruit. vind. l. 1. §. competit, vers. nam est, de aqua quodid.

11 ¶ Perpulset ¶ autem explicat Paul. l. barum, 7. si seruit. vindic. vt de cautione, l. legi, 12. eod. tit. harum actionum effectus, quorum prior, vt victori aut res præstetur aut cautio: seruitus scilicet vel libertas: & caueatur ab aduersario, nec fe, nec successores suos prohibuit aduersarium vel heredes eius in illis. Dehinc secundo, vt si rem non præstet, nec caueat, in tantum condemnet aduersarium iudex, quantum actor in litem iurauerit. d. l. barum, Et l. 2. Et l. in actionibus, de in litem iurand. Alius effectus, vt quod præter seruitutem aut contra ius seruitutis factum est, reuocetur ad pristinam formam, damni etiam ratione habita, l. si quid pars aduersa, 5. de seruit. C. sumibus facientis quoque demolito facto opere. l. alius, 8. Et l. seq. C. eod. Veniunt & fructus, nempe quanti interfectoris. l. loci corpus, 4. §. in consessoria, Et l. barum, 7. de seruit. vindic. l. Et si forte, 6. §. veniunt, eod. tit.

12 ¶ Sunt ¶ & alia remedia pro conseruandis seruitutibus introducta, veluti vi possidetis interdictum, quando quis prohibetur, suo qualiter velit vi, l. scuti, 8. §. sed Et interdictum si seruit. vind. P. l. 1. §. vltim. de aqua plu. arcend. vile videlicet interdictum vi possidetis, gloss. in dict. §. sed Et interdictum, nam directum pro rebus corporalibus tantum datur, l. 1. §. hoc interdictum, vi possid. P. & seruitutes tantum quasi possidentur. l. penult. de seruit. in P.

13 ¶ Competunt ¶ autem interdicta & alia actiones pro seruitutibus, non si de iure, sed si de facto & possessione conseruanda quaestio sit, l. 2. §. fin. si seruit. vindic. quale interdictum de itinere actiue prinato, d. l. 2. §. fin. Et l. loci, 4. §. si quis, vers. sed Et de refectione, si seruit. vindic. ne quid in loco publico, & de damno infecto, l. si quando, 17. §. fin. si seruit. vindic. l. si si stule, 17. l. si quid igitur, 28. de seruit. urban. prædio. in factum, dict. l. si quando. communi diuidendo, l. in re communi, 25. de seruit. urban. nuntiatio ne nonioperis, l. inter seruitutos, 14. §. fin. eod. titu. l. Et si forte, 6. §. fin. si seruit. vindic. Tutela actio & impuberi datur, vt quod pendente minore ætate non iure factum est, tollatur, l. alius, 15. si seruit. vindic. de dolo, l. si eo loco, 9. eod. l. repeti, §. fin. quibus modis vsusfructus amittat. vsusfructus vindicatio, quæ vsu fructuario pro seruitute datur, l. 1. Et l. §. vtrum, si vsusfructus perat. lib. 7. P. titu. 6. ex venditione facta alterius ex duabus rebus seruitute non inposita, l. si binarum aditus, 34. de seruit. urban. prædio. l. si in ven-

diuisione. 7. commun. prædio. ex vendito vel iacerti conditio, l. si a te emero, 16. Et l. testatur, 20. si seruit. vindic. & remedium, quod aduersus latitantes inductum est, si qui prohibet seruitute vi copiam sui non faciat. l. si cuius, 18. si seruit. vind. Et pro opere facta, quod viatur clam interdictum. l. Et si forte, 6. §. sciendum. eod. l. 1. §. 1. de oper. noui nuntiatio.

De Amissione seruitutis, & eius peremtionem.

Cap. 23.

Lib. 8. P. tit. 6.

- 1 Quibus modis perimitur seruitus.
- 2 Reperente & reuinciente, existit quæritur & reuincit seruitus.
- 3 Ex parte persona. quibus modis intereat seruitus prædiali.
- 4 Seruitus tacite consensu facte permisso & expresso remittitur.
- 5 Amittitur seruitus non utendo.
- 6 Non utendo non amittitur via ad sepulcrum, & via publica, contra.
- 7 Vi seruimus. Et per se. Et per alium nomine suo potest quis.
- 8 Vfus qualis in seruitutibus retinendus & amittendus existit.

Hoc loco, ¶ vt opinor, repetendum non erit, quibus modis vsus & vsusfructus amittatur, hæc enim in vsufructu iam explicatum est, sed de prædialium seruitutum peremtionem ageamus. Perimitur itaque seruitus prædialis, aut ratione rei, vel ratione personæ, vel ratione eius quod geritur.

¶ Ratione ¶ rei, nulla intereat cui adhaeret vel debetur, l. seruitutos, 19. §. si sublatum, de seruit. urban. l. corto generi, 13. de seruit. rustic. redeunte tamen re in suum statum, restituitur seruitus, vt si fons exaruerit, vnde aqueductus est constitutus, & postea in suas venas redierit. l. vnus ex sociis, 34. §. fin. Et l. sequent. de seruit. rustic. Si domus destructa reedificetur, d. l. seruitutos, §. si sublatum, de seruit. urban. si locus feruens alluione occupatus, iterum a flumine relinquatur, l. si locus, 14. quemadmodum, seruit. amittat. lib. 8. P. tit. 6. si quis stipulatus seruitutem suo fundo ante constitutionem pro parte fundum vacans amittat, parte rursum recuperata, ager pro seruitute constituenda, l. si quis ex fundo, 3. quemadmodum, seruit. amittat. vt & si aditione seruitutes confusæ sunt ab herede, rursum si oporteat fundum dare legataris, seruitutes reuiuifcunt. l. Papinianus, 18. de seruit. riu. generali. Et l. si ei 10. commun. prædio.

¶ Ratione ¶ personæ amittitur seruitus, si is qui concessit, non habebat ius perpetuum in re & resolutio iure dantis resolutur ius accipientis, l. si is qui via, 11. §. 1. quemadmodum, seruit. amittat. l. si fundum a re, de condit. Et demonstr. P. si is qui prædio suo stipulatus est sub conditione seruitutem, pendente conditione prædiū alienauit, quia in eum casum recedit promissio, a quo incipere non potuit, Martia. l. ex sistimo, 98. Et Paul. l. si sub vna, 136. §. fin. de verb. oblig. lib. 45. P. tit. 1. quia fundus definit eius esse, & alieno fundo nemo recte acquirit seruitute, vt diximus. ex l. si quis duas, §. 1. commun. prædio. cum similib. Nec ea prædii a tempore stipulationis censetur esse, priusquam constituitur: alioquin enim prædio quaerita domini mutatione, nulla seruitus perit, l. neque vsusfructus, 19. quemadmodum, vsusfruct. amittat. lib. 7. P. titu. 4. quia transeunt prædia cum iuribus suis, & cum onere seruitutis, l. 3. C. de seruit. l. via, 23. §. si fundus, Et l. cum fundo, de seruit. rustic. l. si aqueductus, Et l. alienatio de contrahen. em. l. cum fundus, commun. prædio. nisi aliud prohibeat singulare: veluti si contrarium in constitutione placuit. glo. in l. pecoris, de seruit. rustic. facit l. 3. C. de seruitus. Quo referenda est affectio personæ cui concessa est. l. pater, de seruit. legat. Interdum & natura constitutionis repugnat translationi, vt quia vsus seruitutis legatus est, ne seruitus seruitutis sit. l. 1. de vsu Et vsu fruct. legat. Idipsum si is qui stipulatus est seruitutem sub conditione, pro parte fundum alienet, quia corrumpitur ius stipulationis, l. pro parte, 11. de seruit. riu. generali, l. ex meo, 24. de seruit. rustic. excepta quaerita, l. si partem fundi, 25. de seruit. rustic. aliter autem peritio domini non mutat seruitutem realem prædiorum, nec capitis diminutione, nec morte eorum peribit. Casus, l. 3. quemadmodum, seruit. amittat. P. Facto autem amittitur seruitus, si is cui seruitus debetur, permitat aliquid fieri in eo loco vbi debetur, per quod impeditur & tollitur seruitus. l. si silicidii, §. quemadmodum, seruit. amittat. l. si precario, 18. commun. prædio.

¶ Nam ¶ tacite remissio fit, vt etiam & expresso consensu oboleui & tolli, remittive potest. l. ad certam, 6. Et l. seruitus prædiorum, 14. §. seruitus, de seruit. riu. generali, l. si domus sua, 20. Et l. si ad me, 31. de seruit. urban. l. si ubi eo tempore, 20. l. vnus ex sociis, 34. de seruit. rustic. l. vnus, de remissio. lib. 43. P. titu. 4. C. fundum-

fundantur etiam iura prædiorum, si vnus prædiorum dominantium & feruientium dominus esse coeperit, l. i. quemadmodum feruit. amittit. l. si cum feruiscus, 15. eod. l. P. apinianus, 18. de feruit. iuu. generali, l. si qui ades, 29. de feruit. urban. l. si communi fundo, 27. l. tria prædiorum, 31. de feruit. urban. quia res sua nemini feruit, l. quicquid venditor, 11. commun. prædio. uti frui, si usus fruct. pet. l. in re communi, 25. de feruit. urban. præd. dummodo in solidum fendorum sit dominus: nam partem acquirendo tantum, remanet in fundo feruitus. l. vt pomum, 8. §. i. de feruit. iuu. generali.

¶ Amittitur feruitus & non vtendo certo tempore: verum hoc discriminis ponitur inter feruitutes prædiorum, vrbanoꝝ & rusticorum: quod vrbanoꝝ non omnino pereunt non vtendo, donec vicinus liberatent vlcupiat, veluti si habeo feruitutem contra te alius ne tollas, nec vtor, & tu alius sustuleris, amittito feruitutem, non autem antequam aliquid noui feceris, vt et si ius immittendi tignum habeam, & ego exemero tignum, tu autem obtinueris, & per constitutum tempus ita habueris. Aliæ rusticæ simpliciter pereunt tempore, vt Caius respondit, l. hæc autem iura, 5. de feruit. urban. l. vna est via, 18. de feruit. rustic. l. si curvi, 8. §. plane, si feruit. vind. l. si tibi, 10. C. de feruit. vt si via, quam habebam per fundum tuum, me expuleris, per longum tempus non vtendo, amittam, l. 4. §. si viam, de vscap. lib. 41. P. tit. 3. quamuis ob vim tunc, ex æquitate restitui in integrum potuissim. l. si plures, §. de ieiunctis, l. si de fundo, de vi & vi arma. ¶ Duo tamen non vtendo nunquam amittuntur, vt iter sepulcro debitum, Paul. iter, 4. quemadmodum feruit. amittit. & via publica. l. viam, de vi publ. Quamuis pacto amitti possint. l. feruitutes, §. i. de feruitutib.

¶ Nec tamen omnis qui feruitutem habet, vt per se ipsum vtatur, exigitur: nam potest illam per alium nomine suo vtentem retinere, & per socium fructuarium bonæ fidei possessorem. l. feruitus, & per socium, quemadmodum feruit. amittit. l. si communem, 10. l. qui fundum, 12. l. vsu retinetur, 20. §. 3. sequ. eod. tit. ¶ Neque

etiam opus est, vt perpetuo vtatur, sed sufficit constituto vel statuto tempore vt. l. 2. l. si sic constituta, 7. quemadmodum feruit. amittit. Nec exigimus etiam per omnem locum feruientem vsum extendi, sed vsu alicuius partis totius ius retinetur. l. si silicidii, 8. §. fin. l. si in partem, 9. quemadmodum feruit. amittit. l. nam satis, 6. eod. Amittit autem ratio tempore ius quod habet, si alio modo, quam concessum est, vtatur certo: vt si concessa aqua horis diurnis, vtatur nocturnis, per certum tempus præcriptionis amittit feruitutem diurnarum. l. si communem, 10. §. i. quemadmodum feruit. amittit. l. si prius, 17. de aqua plu. arden. Ceterum spatium legitimum, quo non vtendo quis amittat feruitutem, est decem annorum inter presentes, & viginti inter absentes. l. penult. §. fin. C. de feruit. l. si C. de præscr. long. temp. Habita tamen ratione distinctionis, de qua paulo ante, Caius: vt in vrbans incipiat a tempore vsurpatæ libertatis, l. hæc autem iura, de feruit. urban. prædio. libertas nunquam, nisi l. si quis, 18. inf. quemadmodum feruit. amittit. l. si præscr. vbi interpretes, C. de feruit. Angelus in §. prædiorum. nume. 3. de feruitut. interceptata.

De Vicinis. Cap. 24.

- 1 Quare de vicinis in feruitutum tractatu agitur.
- 2 Vicinus vnde dictus, & quis dicatur vicinus. Idem numero 4. & 5.
- 3 Vicinus alius proximus, alius remotus. primus, secundus, tertius.
- 4 Quæ vicina qui vici vicini dicantur, arbitrio iudicis relinquuntur.
- 5 Dicta vulgaris, & legalis quid.
- 6 Vicinitas vnde caput.
- 7 Inter vicinos, fraternitatis species & amicitia maxima, &c.
- 8 Vicinorum bonorum magna commoda, ex malo plurimimoda.
- 9 Vicini mali valde fugiendi, sed & illis beneficiendum, quare.
- 10 Vicini mali qui & lenones & meretrices, a vicinia expelli debent.
- 11 Vicini pessimi sunt qui cupidi.
- 12 Vicinus excludens sua domo vicini pullos furti tenetur.
- 13 Leges, quæ vicinorum pacem continent & fidem, non concupiscas.
- 14 Remedia quæ, quibus vicinorum damna reparari possunt, de quibus sequentibus agitur capitulis.

¶ Via in superioribus, t feruitutum quæstionibus frequens fuit mentio de vicinis, & de eorum controuersis sopiendis per adiones & interdita per distinctiones iuris constituti, vel li-

bertatis in res alienas vsurpatæ & imminutæ: non erit alienum, si per genera, quædam paucis retractemus, quibus lucem maiorem præ tiora accipiant, & ne cogamur alibi hæc tractantes, theorsum maiorem dictorum partem transcribere. ¶ Dicemus t de vicinis pauca: vicini a vico, vicus a via, quod dextera parte viæ sunt ædificia, vt ait Varro lib. 4. de ling. Latin. Qui itaque proximitate ædificiorum vel viæ alicuius iunguntur, vicini dicti sunt. Ex quo improbat manifeste Bartoli in l. 3. §. subuenitur, ad Sc. Syllania. opinio, dum ait, vicinos eos non dici, qui habent ex aliqua tantum parte domos contiguas, si illæ aditū aliunde habeant. Nam etsi illi non sint vicini exitus, quod iuuare expedite vicinos non possint, qui ianuas vicinas non habent: tamen vicinos esse alio modo, negare non possumus. Accedit Paulus, dum inter vicina & confinia prædia, distinguit, Paul. l. 4. §. si fini. regun. P. facit l. vrbana prædia, de ver. sign. prædia dicens confinia esse rustica, nullo pariete diuisa: vicina autem vrbana, quia communibus parietibus plerumque discernuntur. Et proinde in vrbæ, nisi in hortis, finium regundorum agri non posse.

¶ Imo t & dicimus in iure, vicinum & proximum & remotū, primum, secundum, & tertium, l. si tertius, 6. de aqua plu. arden. lib. 39. P. tit. 3. vicinum simpliciter, & magis vicinum, l. 4. §. si tam vicinum, de dam. infecti. ¶ Quare t & quæ loca vicina dicantur, relinquendum censent interpretes, arbitrio iudicis. glo. in cap. felicitis in verbo vicinarum, de pen. in 6. Et in pagis, vbi villæ distinctæ & separatæ sunt ab inuicem, çerte & vicini nobis illi dicendi, qui vocem ex villa alia audire possunt. arg. l. 1. §. eodem autem, ad Sc. Syllan. in P. Et a pragmaticis obseruatum, eum vicinum dici, qui vicini sui cantantem gallum aut gallinam exaudire potest. Et possemus etiam eum talem dicere, cuius res aut domum videre ex nostris possumus, si alludamus ad vocem gallicam, vici. fin. a verbo, voir, videre.

¶ Vel t dici non posse vicina, vltra duas dietas vulgares, in cap. nonnulli, de rescript. vel legales. c. present. §. loca vero, de præb. in 6. Vulgares, mensuræ sunt pro more regionis cuiusque: legales, singula vicena millia passuum faciunt. l. vicina, 1. si quis cautio, P. l. 3. de verb. sign. Iulius Pollux vicinos nominari tradit & domesticos, & prope iuxta ciuitatem habitantes. Iul. Pollux lib. 8. anima. c. 2. πρὸς γειτόνων. ¶ Cæpit t vicinitas a societate ciuili formari, nam coniunctio & amicitia plurium in locum vnum confederantium, 6 ciuitatem & oppida fecit: in oppidis, autem vici, & inde, vt dixi, vicinia. ¶ Habentque t vicini, vel habere debent, speciem quandam fraternitatis inter se, propter ciuilem societatem initam, in qua & species est fraternitatis. Vlpian. in l. verum, 64. pro soc. lib. 17. P. tit. 2. Et præponere videtur historia Tobie amicis aliis vicinis, dum ait, fecit Raguel in nuptiis Tobie & filia, vicinis suis, & ceteris amicis conuiniuium. Tobie 8. Et apud D. Lucam, Luca cap. 15. homo qui inuenit ouem, & letati sunt cum eis. Iulserat & Deus, Exod. c. 12. in comedendo agno paschali, vocati vicinos proximiores vsque ad numerum animarum sufficientium ad eum manducandum. Et meliorem vicinum iuxta, quam fratrem procul, dixit sapiens, Prouerb. 26. Quod de bonis vicinis intelligendum est. ¶ Nam t filii propter opportunam & quotidianam opem, si boni sunt, nobis nostrisque prospiciunt, nos ipsis, & quæ illorum sunt vicissim, vt contra, si mali vicini sunt, nihil perniciosius esse potest, propter nocendi omni momento datam opportunitatem, cumq; omnia quæ vicinorum sunt, præsumantur nosse, & scire facta eorum: l. si flumen, de fluminib. l. dominus horreorum, loca. in P. c. postquam, de electio. Et vt ait Hesiodus, in Lægis.

πῆμα χαλὸς γείτων ἔσονται ἀγαθὸς μὲν ὄνειαρ, ἐμμορε τοὶ πῆμα, ὅσ τ' ἐμμορε γείτων ἐσθλῶ. ἔδ' ἀν' ὅς ἀπὸλοι εἰ μὴ γείτων χαλὸς εἴη.

Id est, Noxa tam mala est malus vicinus, quantum bonus commodum.

Sortitus est premium, quicumq; sortitus est vicinum bonum. Neg, sane bos interierit, nisi vicinus malus sit.

Vt non in merito apud Plutarchum in Themist. Themistocles, cū prædium aliquid venditurus esset, hoc quoque præconem addere iussit, quod vicinos etiam bonos haberet: quasi vicini commendatione futurum esset, longe vendibilis. Referunt Thalmudistæ, aliquando Rabinum Iohannam, certamen proposuisse inter discipulos, in præstantiori dicenda sententia, de electione viæ quam sequi deberent homines, in lib. qui Pirke Aboth, seu capitula patrum, grauissimasque hac de re prolatas vtrinq; ve-



rum laudatam maxime, & vt tutissimam commendatam Rabini Iose dicentis, viam bonam esse, וְצַדִּיקִים שֶׁבְּכֹסֶם סָבְעָן תוֹבִים. vicinum bonum. Vt Iudæus si summas diras & erynnes alicui imprecatur, nihil peius illi optet, quam vt vicinus malus illi contingat. ¶ Con-
 sentit Ben Syre, in sententijs alphabeticis. in euent. 7. r. sen. Elōga te a vicinis malis, neq; particeps fias societatis eorum, nā pedes eorū currunt ad malū, & properant, vt effundāt sanguinē. Idem tamen, Benignus esto erga vicinos tuos, tamen si mali sint, atque imperti-
 eis de allomonia tua: sic fiet, vt in tempore, quo tibi ad iudicium standum erit, pro te testimonium ferant. Illis siquidem benefa-
 ciendum, quia boni, vt iuuent nos: istis autem, quia mali, ne noc-
 ceant. Atque Nithæus Arbelites Rabinus alius monet, in Pirke Aboth, c. 2. וְאַתָּה תִּשְׁמַח בְּרֵעֲךָ הַרְשֵׁעַ מִשְׁחָצֵן רַגְנִי, id est. e-
 longa te a vicino malo. Et Plaut. in Mercator.

Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus,
 Aliquid mali esse propter vicinum malum.

Caius Iuriconsultus, in l. quod saepe, §. 5. §. fin. de contrahen. emt. cum
 qui in vendendo prædio confinem celauerit, quem emtor si au-
 disse, non emisset, teneri venditori tradit. Nam Plinius agrum
 paraturos, ante omnia intueri oportere ait, libr. 18. cap. 5. aqua-
 rum vim, & vicinum. Et rursum colonis humanissimum id agen-
 dum, vt diligant vicini. idem Plin. lib. 18. ca. 6. ¶ Mali ¶ vicini dici
 possunt, qui malis moribus imbuti sunt, maleque viuunt, vt le-
 nones, meretrices, quæ ideo ab honesta vicinia possunt expelli,
 ne inficiant mores vicinorum probos. l. non aliter, de usu & habi-
 rat. Lucas de Pen. in l. si qua, de spectac. lib. 11. C. Ioan. de Blansco. in
 11 praxi criminali, de lenon. Nycol. Boer. consil. 1. ¶ Mali ¶ quoque &
 pessimi cupidi, vt vicinos suos spolient, nihil non audent, cum put-
 ant sua interesse confines fundos habere, l. si cui fundus, de leg. 2.
 l. si a quo pretio, de leg. 1. & naturali vitio comparatum sit, quem-
 que sibi male, quam alteri, æquitate contemta. l. cum duobus, pro
 foc. in P. Sic Demosthenes, orat. de fundo contra Caliclem. ἐκ τῆς ἀγ-
 γαλῆς ἀπὸ τῆς ἐξῆς ἢ γέροντος ἀποπέσει καὶ τὸ ἀνοικετὸν τὴν γῆν, id est, nihil
 peius quam vicinum malum & cupidum possidere. Expertus id Na-
 both vir bonus, tamen calumniis a Iezebele regina & rege Acha-
 bæ criminibus impietatis infimulatus, & occisus, vt vineam eius,
 quam ille vt hereditariam & paternam vendere noluerat, rape-
 rent, pomeria sanguinolenta sibi, vt illis videbatur, accommoda-
 fererent. 3. Reg. 2. l. c. conuenior, 23. g. 8. Et plures vicinitatis ius vt
 vt prædæ venabula captant, vt heredia pauperum suis fund's iung-
 ant, in quos tamen maledictio Dei per Iesaiam Prophetam, cap.
 5. c. sicut. 48. distinct. cap. hac autem, 3. distinct. Vt qui coniungitis
 domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum
 loci: nunquid habitabitis vos soli in medio terre: Quo in loco & D.
 Hieronymus notat, illa verba, vsque ad terminum loci, apud se-
 ptuaginta Græcos interpretes esse, ἵνα τὸ πλεονεξίαν ἀφῆρῶνται, id
 est, vt auferant proximo aliquid. Lyfimachus & Theodorio, do-
 nec deficiant vt non sit locus. Et in hoc sic egregie Horatius lib. 2.
 Carm. ode. 18. inuehitur,

Tu secunda marmora
 Locas sub ipsum funus: & sepulcri
 In memor struis domos,
 Mariq; Batis obstreptentis orges
 Submonere litora,
 Parum locuples continente ripa.
 Quid? quod vsque proximos
 Renellis agri terminos: & ultra
 Limites clientium.
 Salis auarus; pollitur paternos
 In sinu ferens deos
 Et vxor & vir, sordidosq; natos.

Sic velit nolit inops vicinus cogitur contra ius, l. nemo, de pact. P.
 Bart. in l. 2. de debitor. cinit. lib. 11. C. l. nec emere, de iure deliber. l. in-
 uitos, de locato. C. l. inuistum, & l. dudum, de contrahen. emt. C. pro-
 pria diuiti vicino vendere, vel, vt verius dicam, donare: alioquin
 ex malo, vicinus sit pessimus inimicus, cum nullus capitalior sit
 inimicus domestico & familiari, cap. si inimicus. 93. distinct. nullus
 ad nocendum periculosior eo, qui in vicinia quotidie captare mo-
 menta ex arbitrio nocendi caussa potest. l. si quis ex familiarib. l.
 20. qui accusa. non poss. C. l. data iam pridem, C. de donatio. Et ideo
 iure diuino recte statutum, vt si occisus iacens in via reperitur,
 & ignoretur homicida, vicinus proximior suspectus sit, de eoque
 questio habeatur. Dent. c. 21. c. dilecto. c. 6. de sent. excomm. in 6.
 12 ¶ Vi ¶ & præsumitur vicinus concludens in domo sua pullos vi-
 cini animo furandi facere, & tenetur furti. Bart. in l. qui ea mente,

de furti. Quamuis in eo admittatur poenitentia. Floria. in l. qui in 18.
 ad l. Aquil. facit §. gallinarum, de rer. diuis. ¶ Quamobrem vt ob-
 uiam iretur fraudibus, deceptionibus, & malitijs vicinorum, va-
 riaz leges cum generales, tam speciales latæ sunt, quæ & fidem bo-
 nam inter vicinos, & societatem, & pacem confirmarent, & con-
 trouersias eorundem componerent. Lex itaque lata in vniuer-
 sum a Deo, Non concupisces domum proximi tui, non ancillam, non
 bouem, non omnia qua illius sunt. Exod. 20. Et vt illa habendi re-
 rum proximi cupiditas adhuc prosterneretur, induxit annum iu-
 bilæum, vt post quinquaginta annos, quilibet ad heredia & bo-
 na sua distracta rediret gratis. Leuit. 25. Numeror. c. fin. Ob pa-
 cem etiam vicinorum conseruandam, seruitutes reales prædio-
 rum receptæ sunt, ne præter ius constitutionis, in re vicini vici-
 nus præterque domini voluntatem amoliretur, de quibus supra
 dictum est, ad vtilitatem, & necessitatem videlicet prædiorum &
 hominum: alioquin enim constitutiones illarum relictur, l.
 quoties nec hominum, & l. ut pomum, de seru. P. ¶ In ¶ his autem 14
 quæ vicinos lædere possunt, seu alium quorum interest, reme-
 dia inducta sunt, quorum effectus & finis, vel vt opus in præ-
 iudicium vicini factum tollatur: vel ad prohibendum, ne dam-
 num ex re vicini vicino contingat: vel ne opus nouū fiat, quod
 nociturum sit vicino: vel vt commune diuidatur, confusum fini-
 bus suis regatur, de singulis pauca dicamus.

De restitutione operis nocentis in pristinam for-
 mam, & de eo quod vi, aut clam.

C A P. 25.

Lib. 43. P. tit. 13.

- 1 Vi, aut clam, aut precario factum restituendum in pristinum
 statum.
- 2 Vi quando opus factum dicitur.
- 3 Clam opus fieri quando dicitur.
- 4 Interdictum quod vi aut clam, tantum datur pro rebus soli, aut
 qua in solo.
- 5 Quibus datur hoc interdictum quod vi aut clam, & contra
 quos.
- 6 Quamdiu competat interdictum quod vi aut clam.
- 7 Effectus huius interdicti, & quid in condemnatione eius.
- 8 Precario opus factum, quomodo restituendum.

Restitutorium ¶ interdictum pro demolendo opere, quod
 nocet vicino, competit, si illud vi, aut clam, aut precario fa-
 ctum est, vel non iure. l. hoc interdictum, quod vi aut clam. Agi-
 mus porro hic, de opere vi vel clam factio restituendo, non de vi
 ipsa, vel de vi in personam, de qua alio loco tractamus, nempe in
 criminibus.

¶ Vi ¶ fecisse videtur opus, qui contra, quam prohiberetur, fe-
 cit, vel prohibitus iactu lapilli opus coeptum prosecutus fuerit:
 vel contra denuntiationem: vel cum sciret se prohiberi posse, ne
 prohiberetur per vim amolitus est, puta ianuam clausit. l. §. quid
 sit vi. & seq. §. factum. & l. vim facit. l. 19. quod vi aut clam. Et qui-
 cunque propria auctoritate aliquid in re contentiosa facit, vi face-
 re videtur. l. exstat. quod met. caus. l. 1. C. de suffrag. l. quo tutela, §. vi
 factum, de reg. iur. Siue quis per semetipsum prohibuerit, siue per
 alium, vt per procuratorem, seruū mercenarium, l. 3. quod vi aut
 clam. in quilibet, vel alium. l. interdictum, 17. eod. Si quis tamen
 interdictus paratus sit se iudicio defendere aduersus eos, qui in-
 terdictum putant ne opus fiat, desinet vim facere, si modo sa-
 tis offerat. l. 3. §. si quis paratus, quod vi aut clam.

¶ Clam ¶ hic facere dicitur, qui celauit aduersarium, nec ei de-
 nuntiauit, si modo timuit eius controuersiam, aut debuit timere,
 Et qui celandi animum habet eum, quem se prohibitorum intel-
 lexit, & quem existimat aut existimare debet se prohibitorum
 ire. l. 3. §. fin. & l. 4. quod vi aut clam. P. l. quo tutela, §. clam, de regul.
 iur. l. clam possidere, de acquir. posses. Item & is clam facit, qui de-
 nuntiauit quidem se opus facturum, sed nec diem nec horam de-
 nuntiatione complexus est, & vbi aut quod opus facturus esset,
 vel perfunctorie denuntiauit. ¶ Ipsi aut qui aliter, l. 5. in prin.
 & §. 1. eod. quod vi aut clam. Qui autem bona fide iussit opus
 fieri sine hoc metu, etsi seruus faciens metuerit non tenetur. l. si
 opus, l. 20. §. si iussero eodem. Frustra autem hic tereremus tempus
 in percurrentis rebus, quæ vi aut clam fieri possunt: nam tot sunt
 fere, quot modi nocendi rebus alienis.

- 4. ¶ Eo tamen obseruato, vt interdictum hoc quod vi aut clam, locum non habeat, nisi pro opere quod fit in solo, l. si alius fecit, l. 7. §. notauimus. Et l. nam origo. l. 8. Et l. si. quod vi aut clam. vel in opere quod in solo est, l. nam et framos. 9. Et seq. eod. vt si arbores ex solo succendantur, l. denique, 13. eod. tit. pro quibus & vile hoc interdictum competit. ¶ Datur tamen hoc interdictum domino, qui prohibuit, & cuius nomine prohibitio facta est, l. interdicitum, 17. Et l. 3. eod. Paul. l. si procurator, l. 17. de oper. nou. nuntiat. lib. 39. P. tit. 1. Et iis quorum interest, l. si qui in puteum. 11. §. si. l. denig. 13. §. si ex sociis. quod vi aut clam. etiam si non possideant. l. competit. 7. eod. Contra eos qui fecerunt, & quorum iussu factum est. l. §. hac verba, Et l. seq. l. si qui in puteum. 11. §. si. titores, l. semper. Et l. 15. §. si in sepulcro. eod. tit. Si tamen colonus nouum opus fecerit, vnde interdicitum detur sine iussu domini, colonus tenebitur, vt patientiam & impensam præstet, pro restituendo opere: domini autem tantum patientiam præstare tenebitur, vel impensam demolitionis. l. denique, 13. §. si. l. nam et si, 14. §. si. eod. l. quumquam, §. idem Iulianus, Et l. si colonus, de aqua plu. arcen. l. 1. §. restituitur. ne quid in loc. publ. l. 3. §. item. de alien. iud. iur. caus. fac. Idem conductore faciente sine iussu domini responsum, l. semper, 15. §. si. cui, quod vi aut clam. datur: & semper contra possessorem operis hoc interdicitum, l. semper. in princ. 15. eod. ¶ Item tamen & in heredes reliquosque successores in id quod ad eos peruenit, intra annum: non enim datur post annum: incipitque annus ex quo id opus factum perfectumve est, aut fieri desit, licet perfectum non sit, non a tempore quo cepit fieri. l. semper persequi, 35. §. hoc interdicitum. Et l. 1. quod vi aut clam. l. si vitam, 21. eod. l. Ateius. de aqua plu. arcend. ¶ Vnde tamen sequitur effectus, vt opus factum tollatur & restituarur in pristinam formam, l. 1. §. hoc interdicitum. quod vi aut clam. & ranti l. si estimer, quanti interest opus factum non esse. l. semper aduersus, §. in hoc interdicto. eodem tit. scilicet l. si quando, C. vnde vi. Et si quis propter opus factum, ius aliquod prædii amiserit, id restitui ex hoc interdicto debet, l. si opus, 20. §. si. quod vi aut clam. & fructus & omnis caula. l. videamus, 38. §. si possessionem. vers. interdicitum. de usur. lib. 22. P. tit. 1.
- 8. ¶ Si tamen precario etiam quis possideat, & opus fecerit in eo iniussu domini, tolli vt illicitum debet & restitui precarium suæ formæ, l. 1. §. hoc interdicitum. l. §. habet, 15. de precar. lib. 43. P. tit. 25. l. quæsitum, §. §. ex hoc interdicto, eod. alioquin fit condemnatio quanti interest & fructuum. d. l. quæsitum, §. ex hoc interdicto, l. si precario, 18. comm. præd. P. Sed de precario alibi Deo fauente latius suo loco, dum agemus de contractibus.

De damno infecto. Cap. 26.

Lib. 39. P. tit. 2.

- 1. Damnum infectum quid, Et vnde dictum: Et damnatio vnde.
- 2. Remedium de damno infecto, Et cautio pro quo opere datur.
- 3. Remedium de damno infecto extr. aordinarium est, nec datur alia actione competente. Et num possit concurrere.
- 4. Quis utatur hoc remedio, de damno infecto: Et de stipulatione & cautione eius.
- 5. Cautio damni infecti petenda est antequam damnum fiat, Et tamen facta datur, si qui dedit velit ruderem tollere.
- 6. Inquiritur tantum, num præstita cautio ante damnum datum, quis moram fecerit post vocationem in ius, an actor vel reus.
- 7. Iudex interpellari debet, aliter nõ tenetur de negligentia, Et quid sit postulare a iudice.
- 8. Stipulatio damni infecti quando committatur: Et non porrigi hanc cautionem ad fortuitos casus, Et naturale loci vitium: damnum iniuria aduersarij factum, Et c.
- 9. Que veniunt in stipulationem damni infecti commissam.
- 10. Contra non cauentem vel non defendentem in damno infecto, sit missio in possessionem. Missio in possessionem ob hanc causam, quomodo fiat in rem minantem damnum. Missioe hac facta dominus ad ius eiciendus est inde, Et c.
- 11. Denuntiatio missionem præcedere debet, vt cautio detur, Et c. Denuntiatio quomodo Et quibus faciendâ, Et c.
- 12. Missio in possessionem duplex ex primo Et secundo decreto. Missio ex primo Et secundo decreto qua, Et c.
- 13. Missio in possessionem rei seruandâ causa, alijs negotijs communis, nec vere possessionem dat.
- 14. Missio in possessionem ex Carboniano edicto, dat possessionem.
- 15. Missio in possessionem ex 2. decreto fit post annum, Et datur ius domini.

16 Dominus rerum ruinosarum dando res, liberatur ab omni damno dando Et dato.

Damnum tamen infectum est damnum nondum factum, sed tamen quod futurum veremur. l. 2. de damn. infect. P. Damnum porro & damnatio, secundum Paulum ab ademptione, & quasi diminutione patrimonii: dictum est. l. 3. eodem tit. Paulus lib. 5. recept. sent. tit. 10. Damnum, inquit Varro, lib. 4. d. ling. Latin. a demissione, cum minus re factum, quam quanti constat. Quando itaque ex opere facta a vicino, vicinus damnum imminere sibi præuidet, prospicit sibi agendo ius non esse vicino ita opus habere: veluti si paries communis opere facta a te, in ædes meas se inclinauerit, poterit tecum agere, ius tibi non esse ita parietem illum habere, Pompon. in l. si cum meus, 14. §. si. si. seruit. vindic. vel si ventrem faciat, Alphe. in l. si quando, 17. eod. tit. si seruit. vind. ¶ Accedit tamen remedium prætorium, quod propter necessitatis celeritatem commissum est magistratibus municipalibus, de damno infecto, l. 1. de damn. infect. quod pertinet ad actionem & possessionem: cetera namque sibi referunt. l. 4. in princ. Et si intra. verb. duas ergo. eod. Cautio damnum fiat, hoc editum, inquit Vlpianus, l. prætor ait. §. hoc editum. de damn. infect. l. supra inter, 11. §. officium. de aqua plu. arcend. lib. 39. P. tit. 3. prospicit damnum nondum factum, cum ceteræ actiones ad damna que contigerint, sarcinenda pertineant, vt in legis Aquilie actione Et alijs, de damno vere facto nihil hoc edito cauetur. Simile in hoc remedio de aqua pluuiæ arcenda: quod tamen differt: quia illud damnum non factum, sed futurum speciale ratione pluuiæ respicit, l. Ateius, 6. §. in hoc edito, de aqua plu. arcen. hoc autem, et ædium vitio, sine operis, quod vel in ædibus vel in loco urbano aut rustico publico aut priuato fiat, damni aliquid futurum sit, curat prætor, vt timenti damnum ex operis vitio, non loci, caueatur, Caius in l. corum, 19. §. si. de damn. infect. l. fluminum, 24. eod. publico videlicet, quando in eo loco, ob priuatum commodum & priuata auctoritate quid sit: nam sine damno vicinorum, qui agunt, ficere debent, d. l. fluminum, Et l. qui vias, l. 31. de dam. infect. fecus, si publice reficiantur res. l. si finis, 15. §. sine, Et §. si publicus, Et l. fluminum. de damn. infect.

¶ Remedium tamen hoc extraordinarium est, ideo non datur nisi deficiente alia actione, l. si adibus, 32. §. si. de dam. infect. vt si conductor tuto in domo conducta habitare non possit, ob damnum minarum, cum ex conducto experiri possit, hæc non datur. l. qui bona fide, 13. de illo, de damn. infect. l. iugulino, Et l. eod. l. habitatoris, §. si. loca. in P. Concurrere tamen cum diuersis alijs remedijs ad diuersa tamen tendentibus, hoc remedium potest, veluti cum operis nouitiam facta nuntiatione, & cum interdicto, quod vi aut clam. l. qui bona fide, 13. §. si quis opus, de dam. infect. P.

¶ Porro tamen quis possit hoc auxilio vti, definita non potest dari 4 alia regula, quam id omnino subici prætoris arbitrio, & omnes audiri qui sibi cauere damni infecti postulant: & ad stipulationem admittitur quilibet, si prius iurauerit de calumnia, & sacramentum præstito non inquiritur, an eius qui petit, interest vel non. d. l. qui bona fide, §. qui damni infecti. Competit tamen damni infecti stipulatio maxime iis quorum interest damnum non dari, non tantum ei, cuius in bonis res est, sed etiam ei cuius periculo res est. Paul. l. damni infecti, 18. de dam. inf. Domino fructuario, superficiario, l. §. si. Et d. l. qui bona fide, Et superficiario, de dam. inf. l. inter quos, 39. §. dam. infect. eod. Et pro auertendo stillicidio, seu pro proiecto, vnde damnum veremur nobis contingere, si quid ex foramine vnde aqua mittitur per parietem nociturus sit. l. eorum, 19. §. si. de dam. infect. l. si quid igitur, 23. de seruit. verb. præd. At contra dominum reuera vitiosarum, & si dominium in controversia sit, contra possessionem cautio faciendâ dirigitur. l. inter quos, 39. §. si dominus. de dam. infect. Et cum medio vitio rerum vitiosarum: quia fieri potest vt ædes ruinosæ in vicinas incidentes mihi noceant. l. qui bona fide, 13. §. cum inter. eod. tit. in hac vel promittendum, cum in suo opus sit, vel cauendum seu fatidandum, si in alieno. Sic prætor enim ait in hoc edito, l. prætor ait, 7. de dam. infect. l. damni infecti, 30. §. vtrum. eod. l. 1. §. item ex causa. de precar. stipulat. damni infecti suo nomine promitti, alieno satisdari iubebo ei qui iurauerit, non calumnia causa id se postulare: eumve cuius nomine ager. postulat: in eum diem, quem causa cognita statuero. Si controversia sit, dominus sit necne qui cauebit, sub exceptione, satisdare iubebo, facit Et l. qui vias, l. 31. §. si. de dam. infect. Exceptio, vt eligat actor quomodo velit sibi cauere, an tanquam a domino, an tanquam a non domino: nec enim vtrunque postulans auditur, l. si proprietarius, 22. §. si. de dam. infect. quia electio in iuribus ad eundem finem

concurrentibus fieri debet ab eo cui competunt. *l. fin. C. de codicill. l. quod in heredem. §. eligere, de tributor. l. 3. ut legat. nomi. cauea. P.* Si alieno nomine quis stipuletur, ita concipi debet stipulatio, ut quod damnatum domino datum sit comprehendatur: cauere autem debet is qui stipulabitur dominum ratum habiturum. Exceptioque procuratoria stipulationi inferenda est, *inter quos. 39. §. alieno, de damn. infect.* sicut in stipulatione legatorum, *l. Pomponius, §. si stipuletur, de procur. l. 1. §. sed & procuratoribus, ut legat. nomi. cauea.* adiciturque in hac stipulatione, & heredum nomen vel successorum, eorumque ad quos res pertinet. *l. fluminum, 24. §. adicitur, de damn. infect.* Debet item adici dies certa stipulationi, infra quam si damnatum datum sit, emendetur, veluti in incramentum vel duos, vel plures, sicuti iudici videbitur, qui diem definitur habita ratione operis, quod ruinam minatur: num sit antiquum, quod breui sit casurum, vel alterius generis. Non enim in infinitum debet produci stipulatio, ut perpetuo qui cauit teneatur. *l. qui bona fide, 13. §. fin. & l. seq. de damn. infect.* Quod si stipulatio facta fuerit sine die, valebit quidem si expressa voluntate contrahentium fiat: ut si cautum, teneri promissorem quando cumque domus ceciderit: at si per errorem sine die concepta est, valebit tantum stipulatio intra eam diem, qua solitum est cauere, & desideratur a pratore ut liberetur. Verumtamen si finita die opus non ceciderit, iterum ex arbitrio pratoris erit cauendum, *superiora probat Vlpian. in l. si finita, 15. de damn. infect.* quia pratorie stipulationes repeti possunt. *l. pratorie stipulationes, de prator. §. stipulatio, l. veluti §. hoc vox, de eund.* Diligenter tamen porro quis debet sum manus exequi in postulanda cautione & stipulatione, ob ruinam propinquam & damnatum imminens: alioquin enim, si antequam cautio postulata sit, vicini aedes vel aliud opus damnatum deciderit, certe nulla actio contra dominum est: si ruderata noluerit ex vicini aerea vel aedibus, quia non cogitur, tollere, & habeat pro derelicto, *Leuenit. 6. de damn. infect.* alioquin enim si vellet tollere, non prius licet, nisi de damno dato & futuro caueat. *l. prator ait, 7. §. fin. eod. tit.* Verum tamen hic animadvertendum est, quia ratione interpositio cautionis & stipulationis fuit intermissa post imperatum interdictum, seu vacationem in ius factam: an per negligentiam ipsius actoris, & tunc vera sunt, quae dicta proxime: an vero propter aliquid legitimum impedimentum sibi prospicere cito non potuit, veluti, quia abfens necessario ob negotia reipublicae, vel alia legitima causa: nam interdictum ei, in cuius aedes ruderata deciderint, datur per quod vicinus cogetur, vel tollere ruderata, aut totas aedes pro derelicto habere, & de praeterito damno cauere. *d. l. prator ait, §. fin. in l. 1. l. quod forte, §. l. hoc amplius, 9. de damn. infect. in d. l. euenit, eod. tit.* Sed Africanus tradit, *l. cum postulessem, 44. eod. tit. cum postulessem, ut mihi damni infecti promitteres, noluisse: & priusquam prator adiretur, aedes inae corruerunt, & damnatum mihi dederunt, Pedium dixisse pratorem vbi non statueret debuisse, quod mea culpa damnatum sum passus: quia tardius experiri cepimus. At si prator ut promitteres decreuisset, & tunc non repromittente, me ire in possessionem iussisset, & priusquam eo uenissem, corruerunt, perinde omnia seruanda esse, atque si posteaquam in possessionem uenissem, damnatum datum esset. Si autem post decretum eundi in possessionem, qui iustus erat iure, neglexerit, & interim corruerint, diuersum statuitur. *l. si finita, §. si quis metus, l. prator ait, §. fin. & l. seq. & l. si finita, §. illud, & §. eleganter, & §. si ruerint, de damn. infect.* Quod si, dum prator aditus de danda stipulatione deliberat, damnatum contigerit, missio quidem cessabit: prator tamen decernere debet, quicquid damni contigerit, ut de eo quoque caueatur, aut si putat quod utiliter actionem daturum sit, decernat. *d. l. si finita, 15. §. eleganter.* Ceterum si cautionem sibi delegatam magistratus municipalis non curauerit, & interim damnatum datum sit, in eum iudicium datur, quod non ad quantitatem refertur, sed ad id quod interest, & ad utilitatem venit, non ad poenam. *l. dies cautioni, 4. in eum, de damn. infect.* Si scilicet, si postulatum fuerit remedium, nam qui non postulauit, experiri non potest: atque hic postulare proprie dicitur, pro tribunali petere, non alibi. *d. l. dies cautioni, §. hoc autem in iudicium, 1. §. magistratibus, de magistr. conueniend. l. stipulatio, §. habet, de oper. nou. nuntiat. in P.* Committitur tamen stipulatio adueniente damno, vel si pro damno euitando quid faciendum sit, si vitio operis fiat. Non enim porrigitur stipulatio ad ruinam vel damnatum, quod vitio naturalis solli contingit, vel iniuria aduersarii factum, vel quod casu fortuito, cui prospici non potuit, accidit. *l. fluminum, 24. §. vitium, de damn. infect.* Parcitur quippe vitio naturali. *l. 1. §. hoc cautio, & §. idem autem, si aqua, &**

§. item sciendum, de aqua plu. arcend. Et fortuita, ut terramotibus vis fluminis, & similia in potestate & prudentia hominis non sunt. *l. in rebus, commod. in P. l. 1. C. eod. l. que fortuito, de pignor. action. C. l. 2. §. si eo tempore, de administr. rer. ad ciuita. pertinen. in P.* In aliis autem casibus, quibus sibi quis facile prospicere potest, locum habet. *l. qui bona fide, §. cum inter, & l. fluminum, 24. §. seruus quoque, de damn. infect.* Si etiam de damno infecto quis sibi cauerit in pariete communi ob vitium onus a socio impositum, recte agit: at si paries aequaliter vitiosusque oneribus pressus dedit, utique sibi imputabit. *l. ex damni, 40. §. i. eod. tit.* Quando tamen commissa est stipulatio de damno infecto, veniunt in eam, quanti ea res erit, & impense quas fecit qui est stipulatus, ne opus sibi noceret in succidendo, & ob emigrationem metu ruinae, si hospitium alibi sit conducendum. *l. in hanc, 28. & l. seq. de damn. infect.* Sed tamen in aestimando notio pariete communi, ratio haberi debet eius impense, quae modum probabilem non excedit in veteri eius cultu, non qui exgrauer. *l. inter quos, 39. §. fin. in parietis, §. fin. & l. seq. & l. in rescindendo, de damn. infect. in P.* Nec ex damni infecti stipulatione oportet infinitam vel immoderatam aestimationem fieri, ut puta ob tectoria vel picturas: quia honestus modus seruandus est, non immoderata cuiusque luxuria subsequenda. *Vlpian. in l. ex damni infecti, 40. de damn. infect. l. qui damni, §. fin. de seruit. verb.* Et tamen haec quae dicta sunt, locum habent, quando damni infecti nomine cautum est: At quando non cauetur intra diem a pratore constituendum in possessionem rei eius, cuius de damno timetur, ob rem non defensam actor mittendus est. *l. 4. §. si intra diem, de damn. infect. l. prator ait, 7. §. de eo opere, ver. cum cui, & l. hoc amplius, 9. ver. integra, eod. tit. l. 1. quibus ex causis possit. lib. 4. 2. P. tit. 4. etiam contra pupillum indefensum, *l. si finita, 15. §. si pupillus, de damn. infect.* Item ait prator, §. hoc autem, quib. ex causis maior. P. l. hoc autem, quib. ex causis in possess. eat. & in eum qui neque cauerit, neque in possessione esse, neque possidere passus sit, iudicium datur prator, ut ratum praestet, quantum praestare eum oporteret, si de ea re ex decreto eius pratoris, vel eius cuius de ea re iurisdictionis fuit quae in ea re est, cautum fuisset. *d. l. prator ait, §. de eod. ver. fin. eum.* Si aedes sint ruinosae in parte, pro qua noluit cauere dominus, missio fit in totas aedes: si tamen amplius aedes sunt, & in plures partes diuise, in eam tantum quae ruinosa est fiet missio. *l. si finita, 15. §. ex hoc edito, & l. de damn. infect. vbi autem quis possidere iustus est, dominus deiiciendus erit a possessione. *d. l. si finita, §. vbi autem, & l. 4. §. si forte, eod. l. qui vniuersus, §. item cum prator, de acquir. possess. l. non alienum, de interrogat. act. c. si §. si ut lit non contest.***

Obseruare tamen expedit ante hanc missionem exigi de iurisdictionem factam ei, qui cauere debet ut caueat, vel ei ipsi, vel ad domum ipsius, vel vbi habitat: et si habitacionem non habeat, ad ipsum praedium erit denuntiandum, vel procuratori eius, vel ioculini. *l. 4. §. prator ait, de damn. infect.* Et si res hereditaria ruinosa sit, nec illa adita, & non inhabitentur aedes, tutius erit libellum ad ipsas aedes proponere. *d. l. 4. §. totum.* Missio tamen in possessionem in hoc interdicto duplex est, ex 1. decreto. Prior ex 1. decreto est, quando ob contumaciam rei qui non cauet iustus, actor mittitur in possessionem eius rei, quae ruina minatur, custodiae causa, ut ea pignori iure detineatur, donec reus veniat responsurus. *l. 4. §. si intra diem, de damn. infect. missioque fit, etiam si post decretum missionis aedes ruinosae corruerint ante missionem. *d. l. si finita, §. si ruerunt.** Et possidere quoque intelligitur ante ruinam, si metu ruinae, ne ea opprimatur, missus in possessionem ecesserit ab illis. *d. l. si finita, §. si quis metu.* Hoc tamen remedium missionis huius rei seruandae causa, commune in omnibus actionibus in re, ut ratio affectus, eorumque hoc modo veniat. Et si veniat intra annum, non postea, nec prius audiatur, quae de impensis & reliquis cauerit vel soluerit, &c. *c. si §. si ut lit non contest.* §. qui iurat, de bo. aut. iud. possid. in amb. l. c. pponas, 9. de bo. aut. iud. possid. Neque haec missio in possessionem ex 1. decreto transfert dominum in possidente. *l. in possessione, eod. l. si finita, §. Iulian. scribit, de damn. infect.* Praefertur tamen qui ex hac causa mittitur a creditoribus, qui pignus in ea re habet, si non sitis de damno infecto. *Vlpian. in l. qd. de creditore. l. 1. & Paul. in l. qui, 12. de da. infect.* Quamquam ita missus est in possessionem, non vere possessionem videatur habere, sed potius relictio. *Pomponius in l. qui legati, 12. quib. ex causis in possess. P. d. 3. §. fin. de acq. poss. P. l. si quis aut, §. de Pomp. eo. l. is cui, in prin. ut in poss. leg. a. in P. l. si duo creditores, uti poss. P. l. §. si quis, quor. leg. a. P. §. Hoc tamen speciale habet missio ex Carbon. ed. et. l. 3. §. missio de Carb. ed. et. §. Ceterum post annum cotumax in cauedo, ei sine possessione vere priuatur. *d. c. si §. si ut lit non contest. c. coingit, de dolo & contum.* Et iubet prator dominium*

dominium de possessione decedere, & possidere actorem. l. 4. §. si forte, & l. 5. de damn. infecti. Daturque ius domini ex secundo decreto, ut nequaquam postmodum locis sit oblationi cautionis, l. si finita, §. postea autem, §. l. 7. §. 1. de dam. infe. ca. 1. de eo qui mittit in possessionem rei seruata. Nec statim ubi praetor mittit in possessionem, etiam possidere iubet, sed tum demum cum iusta causa videbitur. Et ideo interuallum debet aliquod praecedere a prima missione, quod aut pro derelicto aedes longo silentio dominus videatur habuisse: aut misso aduersario in possessionem & aliquandiu morato nemo caueat, d. l. si finita, §. non autem statim, de dam. infecti. P. ¶ Ita pro omni damno accepto, qui passus est damnum, vel qui pati potest ex ruinoso opere, nihil aliud consequitur non cauente aduersario, quam opus ipsum ruinosum: quo dato dominus liberatur, non fecus ac dominus dans animal pro noxa, ad amplius non tenetur, l. praetor ait, §. hoc editum, de dam. infecti.

De operis noui nuntiatione. Cap. 27.

Lib. 39. P. tit. 1. Lib. 3. Decret. tit. 32.

- 1 Operis noui nuntiationis quid, & quae ante opus factum locum habeat.
- 2 Operis noui nuntiationis rationes.
- 3 Nouum opus quid sit, quidve reficere ab eo distet. Reficere quid, &c.
- 4 Nuntiationis quid.
- 5 Nuntiationis noui operis pertinet ad aedificationem solum, & ad res quae soli sunt.
- 6 Operis noui nuntiationis causa triplex, naturalis, publica, impositiua, & de singulis.
- 7 Fines operis nuntiationis, ut liceat quod in nostro licet, & quomodo operamur.
- 8 In suo aedificanti non potest nuntiarum opus nouum, nisi certis de causis.
- 9 Pro opere in loco publico factum, nuntiationis noui operis a quolibet etiam alienigena fit.
- 10 Qui nuntiare possunt opus nouum.
- 11 Nuntiationis formula, in damno infecto.
- 12 Habet locum nuntiationis pro rebus ecclesiasticis.
- 13 Operis noui nuntiationis remedium tantum locum habet ut ex arduo dinarium deficiente remedio prohibitorio.
- 14 Non fit nuntiationis noui operis in rusticis operibus.
- 15 Nuntiationis noui operis fit vel totius, vel partis, quomodo.
- 16 Nuntiationis fit in re praesenti, & omnibus diebus.

Aliud remedium, si iuris publici aut nostri conseruandi causa, aut damni depellendi gratia inuentum est, operis noui nuntiationis, l. §. nuntiationis, §. 2. de op. nou. nuntia. Quod antequam opus fiat, locum habet & interdicat, ne fiat, summa cum utilitate, quia melius est in tempore ante factum occurrere, quam post laesionem, ad restitutionem & auxilium proclamare, l. §. in quibus causis in integr. restitut. non est necessaria, l. 1. quando lice. unicuique sine iud. se uend. C. quando uidelicet ius est prohibendi ne se inuito aliquid fiat, l. 1. de rem. lib. 43. P. tit. 24. ¶ Hoc remedium praetor facile interponit, & pollicetur, ne vicini inter se de opere pertinaciter contendentes ad arma prorumpant, quos boni iudicis est sua iurisdictione ab armis compescere, l. aquisitum, de usufructu. in P. lib. 7. tit. 1. Neue vicini resistendo, sibi arma permitteat, & uisionem, ob quam tamen compescendam iudiciorum vigor in medio positus est, cauens ne quisque eam sibi permittat, l. nullus, de iudicis, C. Et proinde statutum, ut siue iure, siue iniuria opus nouum nuntiatum esset, opus intermitteretur, l. de oper. nou. nuntia. propter auctoritatem praetoris, ut postea latius dicitur Deo fauente. Hinc & illud bonum sequitur, ne potentia aduersarii manu & re ipsa ius prohibentis opprimat vel laedat. Quomodo non id accidat in aliis iuris articulis prospectum inuenimus, l. illicitas, in princip. & §. ne potentiores, de officio praesidis. Utile itaque, inquit Ioannes Petrus Ferratenensis, in forma libelli de aetio noui oper. hoc interdictum maxime in ciuitatibus, ubi diuites uani aedificia magna & splendida, non habitant ratione iuris vicinorum amoluntur, uanissima & inani gloria tumidi, ita futuri & solidi, ut patenti hic perpetuo sibi esse mandandum. Neque aedificia ista solent perfici, nisi per homines elatos & superbos, quos uocat Augustus animosos, l. 2. de praed. & alia reb. nauticular. lib. 11. C. tit. 2.

¶ Nouum si opus hic primum considerandum est non factum, uidelicet imperfectum: nam pro eo quod factum est, ad interdictum quod vi aut clam recurritur, l. 1. §. hoc autem editum, de oper. nou. nunt. in P. Nec immorandum est in dictione opus, quae perfectam rem vel plerumque demonstrare videtur, ut notat Paulus, in l. rei appellatio, §. 1. de uerbor. signif. Nam & opus recte de perfecto & de imperfecto seu coepto dici potest, l. qui infecta, §. qui

adem, loca. lib. 19. P. tit. 2. Nouum porro opus dicitur quod antea non fuit, ut ecclesiastes tradit, cap. 1. Quid est, inquit, quod futurum est? Id quod fuit: nihil sub sole nouum. Nouum itaque non facit, qui detegit quod uetus est, l. adeo, §. cum quis, de acqui. rer. do. min. P. Et qui excutit spicas, non facit nouam speciem, sed eam quae est detegit: aliudque reficere est, aliud facere, l. 3. §. reficere, de uin. act. prima. Nouumque opus facere uidetur, qui uel aedificando nuper, uel detrahendo, pristinam faciem immutat, l. 1. §. opus nouum, de oper. nou. nunt. P. l. stipulatio, 21. §. opus, eod. secus si reficiat, uel ea in eum uinum uel alterum addat uel subtrahat, & ideo tunc hoc remedium non datur, l. 1. §. si quis aedificium, & d. l. stipulatio, §. opus, de oper. nou. nuntia. l. usufructuarium, §. de usufr. Quia reficere iter secundum Ulpian. l. 3. §. pen. de iur. act. prima. lib. 43. P. tit. 18. est, ad pristinam formam, actum & iter reducere, id est, ne quis dilatat, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret. Et ut alii aiunt, nec liceat ampliare, aut uile detrahere, l. habemus, §. §. fin. & l. quamuis, de usufructu. lib. 7. P. tit. 1. Et in summa, uerbo reficiendi continetur apud Ulpian. corruptum restituar, egerere, subtrahere, facere, aedificare, aduhere, & adportare ea, quae ad eam rem necessaria sunt, l. 1. §. deinde, de uin. lib. 43. P. tit. 20. Item aperire purgandi causa, & purgare, dummodo sub specie refectiois, neque altiore, neque longiore, neque latiore, neque humiliora faciat, l. 1. de uia public. lib. 43. P. tit. 10.

¶ Nuntiationis, si quod ad nomen pertinet, nihil aliud est, quam relatio uel delatio rei alicuius, uel monitio, quae & de criminibus, & alius fieri potest, c. 2. & 3. & c. super his, de accus. l. 1. §. 1. de procur. l. qui foueas uisorum, 28. ad l. Aquil. P. Quocirca ratione adiecti restringitur, ut nunc nuntiationis nihil aliud erit, quam monitio, quod opus nouum fiat, & prohibitio ne opus nouum aedificetur, ex gl. in l. si procurator, 17. de op. nou. nunt. Denuntiare idem est, quod prohibere, l. §. nuntiationis, eod. prohibitio autem hic ad opus nouum restringenda. Nam non omnis prohibitio opus nouum respicit, nam alia prohibent leges, l. 2. & l. contra legem, de leg. alia iudicia, l. cum praetor, de iudic. l. quos prohibet, de postul. P. quae hic non pertinent. Quod porro nouum distinguit a damno infecto, & ab interdicto quod vi aut clam, l. §. saluus, §. not. uimus, quod vi aut clam, P. ut suis locis ante diximus. Et aedificandi nomen distinguit naturam negotii, quo de agimus. ¶ Nam hoc editum omnia opera non complectitur, sed ea solum quae solo coniuncta sunt, quorum aedificatio uel demolitio uidetur opus nouum continere, idcirco placuit, si quis mellem faciat ab bore me succidat, vineam putei, quanquam opus faciat tamen ad hoc editum non pertinere: quia ad ea opera, quae in solo sunt, pertinet, l. 1. §. hoc autem editum, de op. nou. nunt. ex aedificatione imperfecta. ¶ Operis si noui nuntiationis triplex est causa, naturalis, publica, impositiua. Naturalis, cum in nostras aedes quid immittitur, uel in nostro aedificatur: Publica, quoties leges uel senatus consulta, constitutionesque principum, per noui operis nuntiationem tuerentur Impositiua, si quis posteaquam seruitutem adibus suis imposuit, contra seruitutem fecit, l. de pupillo, §. 5. Sextus Pedius, de op. nou. nunt. Hoc auxilio itaque prohibemus, ne quis in nostro aedificet, uel in nostras aedes immittat, d. l. de pupillo, §. sed est in aed. & l. quemadmodum, 39. §. 1. ad l. Aquil. lib. 9. tit. 1. est in nostro aedificatum sit, possimus propria auctoritate tollere & demoliri, d. l. quemad. Ut mihi licet sine metu calumniae, signa meis rebus impressa sine auctoritate iudicis tollere & confringere, l. si. ut nomi. liceat sine iud. auctoritate sig. reb. impo. C. lib. 2. tit. 17. & l. si. ut nemo priua. tit. praed. suis §. C. lib. 2. C. tit. 16. Ut & in solo meo aedificata, iure meo arrogo, l. redemptores, de rei uindi. in P. §. ex diuerso, de rer. diu. l. si is contra, de aedific. priua. l. 2. C. de seruit. & de molior, cum re mea abuti mihi liceat, l. sed est lege, §. consuluit, de peti. hered. in P. l. domum suam, de regu. iur. ¶ Et si quis me prohibere uelit, iniuriarum agere possum in eum qui non sinat libere mea re uti, l. iniuriarum, 13. §. pen. de iniur. in P. lib. 47. tit. 10. haec tamen non licet ciuili temperamento, nisi monitione vicino facta prius, l. quidam Iberus, de seruit. rust. praed. Ideo & si quid fiat in pariete, communive alio loco, ad nuntiationem rectus confugiendum est, nec factum propria auctoritate licet tollere uel incidere, d. l. quemadmodum, ad l. Aquil. & l. sed est, de ser. urb. cum quis suo iure uti praesumatur, nisi contrarium appareat, l. merito, pro soc. P. Et omnia iure licere praesumuntur, nisi probetur non licere, d. l. nec non, §. quod eis, ex quib. caus. maior. in P. atque vnus ex locis prohibere quidem potest, ne alius aedificet, uerum destruere aedificatum non potest, l. an vnus ex sociis, si seruitu. uind. in P. ¶ At si quis in suo aedificet, iure communi interpellari non potest hoc edito nuntiationis noui operis, nisi contra leges



edi & aue principum, quæ modum ædificiis exstruendis adiciunt, vel si in sacro vel publico vel religioso ædificetur. l. 1. §. nuntiatio fit, de nou. ope. nunc. in exemplo. l. 1. C. de edific. priu. nos supra de modo pariatum, in seruit. urb. diximus, aut præter modum per seruitutem impositum, l. inter. §. si. de seruit. urb. præd. P. l. 1. & l. si quid, & l. præses, C. de seruit. nouel. 165.

- 9 Interdicitur prætor ne quid in loco publico fiat, & ideo si quid fiat aduersus illam prohibitionem, denuntiatio fieri noui operis potest a quolibet, l. 2. ne quid in loc. pub. l. §. nuntiatio, & l. in prouinciis, l. 3. §. fin. & l. seq. de nou. oper. nunt. l. opus, de ope. publ. P. Et non solum ab incolis, sed etiam ab alienigenis viatoribus, si quid in via publica fiat, quia & eorum interest, vt scribunt Angelus & Alexander, in l. 2. ne quid in loc. publ. §. Nuntiabitur & superficiarius nouum opus vicino, quia & seruitutum causa et actio datur, l. 3. §. si ego superficiarius, de operis nou. nuntiat. constant enim ædes solæ & superficie, l. eum qui ædes, de vsucap. in P. §. Et in cautione damni infecti, concurrat nuntiatio hac formula: ne progrediaris ad ædificationem vel demolitionem operis, nisi prius me indemnem seruandum iri caueas, d. l. 1. §. nuntiatio, in fine, de oper. nou. nuntiat. & l. 3. §. pen. quod vi aut clam, P. quamuis pro damno ipso infecto, quod minatur per se ruinam, non fiat nuntiatio noui operis, l. si adibus, de dam. inf. §. Habetur & locum nuntiatio pro rebus ecclesiasticis, & pro ecclesiis ipsis, cap. 1. & 2. de ope. nou. nuntiat. ap. Gregor. lib. 5. Dec. tit. 32. In præiudicium enim ecclesiæ vnius, alterius ædificatio non permittitur sine iusta causa, c. quicunque, & ca. ecclesia, 16. q. 1. c. ad audiendam, de eccles. adific. Et ita res explicatae sunt, pro quibus nuntiatio fieri potest. §. Observandum tamen in his & similibus, noui operis nuntiationem esse remedium extraordinarium, neque competere pro omni opere nouo, sed pro eo tantum, pro quo aliud remedium prohibitorium non est proditum per prætorem vel legem: veluti si vnus ex sociis loci communis in eo aliquid faciat, non datur nuntiatio, sed communi diuidendo iudicio prohibetur, l. 3. de oper. noui nuntiat. potiorque conditio prohibentis, l. in re communi, de seru. urba. præd. l. Sabinius, commun. diuid. Sic de similibus, vt de damno infecto, quod vi aut clam, prohibitione prætoris, quæ tamen æquipollet nuntiationi, vt postea ædificatum destruat, d. l. Sabinius, & d. l. in re communi, efficitur. §. Tradit Hostiensis, in Summa de oper. noui nuntiat. §. quis possit facere, nuntiationem non habere locum in rusticis seruitutibus & prædiis, in fauorem agriculturæ, quæ nec momento suspendi debet, l. 3. C. de feriis, l. 2. de nund. in P. ca. 3. de feriis, §. innotamus, de treuga & pace in vsibus feud. §. Sed & illud obseruandum est, nuntiationem operis noui fieri, vel totius, vel partis: si totius fiat, sufficit nuntiare nouum opus simpliciter: si partis, oportet illius demonstrare locum.
- 16 §. Quia in re presenti fit nuntiatio, l. de pupillo, §. qui nuntia. & §. si in pluribus, de ope. nou. nuntia. Et omnibus diebus fieri potest, feriatis quamuis, l. 1. §. nuntiatio de ver. sitem nuntiat. de operi. nou. nuntiat.

Quibus & contra quos fiat nuntiatio noui operis. Cap. 28.

- 1 Quis opus nouum nuntiare possit.
 - 2 Persona, quibus nuntiare nouum opus est.
- 1 Personas tunc in hoc remedio nuntiationis consideremus, auctoris, & rei, & quis possit primum nuntiare. Quia in re placuit, eum qui ius non habet in re nuntiare non posse, l. 1. de remissio. P. gl. in l. 3. §. si ego, in verbo, inquilinus, de oper. nou. nunt. l. 1. §. iuris, eod. Bart. in l. 1. in prin. & §. nunc videamus, & l. de pupillo, §. interpositas, de oper. nou. nunt. Specul. in tit. de oper. nou. nunt. in §. sed nunc videamus. Denuntiabitur igitur, Specul. ubi supra, & §. si. qui vel dominum, vel ius seruitutis habet, qui pignori fundum accepit, qui habet detentionem seruitutis, l. creditor, 10. de ope. nou. nuntia. quia illis dantur actiones viles, l. ei qui pignori, de seru. Vt usufructarius tamen suo nomine nuntiare non potest: procuratorio potest, vt in rem suam procurator vendicando vsum fructum, l. 1. §. usufructuarius, de ope. nou. nunt. l. 1. in fi. & l. seq. vsu fructu. quem ad. caueat. in P. Denuntiat & procurator, l. cum procurator, 13. de oper. nou. nunt. Verum qui alio nomine nuntiat, necesse habet satisficere, rem ratam dominum habiturum, l. de pupillo, §. qui procuratorio nomine, de oper. nou. nunt. Si de mandato potissimum dubitetur, vel, vt alius placet, etiam si de mandato constet, l. illud, in fi. de minor. in P. Bonæ fidei possessor nuntiare poterit, quia tunc ad res quodammodo pertinere videtur, l. verbum illud pertinere, de verb. sign. Potest & nuntiare nouum opus, non solum vicinus proximus, sed inferior su-

terioribus facientibus opus nouum: Nam & seruitutes quædam interuenientibus mediis vel publicis vel priuatis, esse possunt, Paul. in l. non solum proximo. 8. de oper. nou. nuntia. de ratione, l. loci, §. fin. & l. seq. si seru. vend. l. seruitutes, §. penult. de seru. P. l. in tradendis, §. interpositas, commu. præd. l. si proximus, §. via, & §. fin. de aqua pluui. arcend. P. Pupillus sine tutoris auctoritate non nuntiat, nec seruus, l. de pupillo, de oper. nou. nunt. P. Mulier quoque & pupillus, si denuntiatione agatur operis facti in publico, non nuntiat, nisi singulariter illorum interfit, exemplo popularium actionum, quæ tantum in eo casu illis conceduntur, l. mulieri, de pop. actio. P. Et qui de opere publico nuntiat, bonæ famæ integritate esse debet, vt in popularibus actionibus exigimus, d. l. 4. eod. Arcentur & a denuntiatione operis illi, cum quibus pactum ab eisdem ædificantibus ea de re factum, vel si rei euidencia appareat eos ius non habere, vel manifeste inhabiles ad nuntiantum sunt, l. non solum, & l. de pupillo, de ope. nou. nunt. Si plurium etiam res sit, cui opus nouum noceat, omnes nuntiare debent, nec vnus nuntiatio sufficit, l. adibus communibus, 18. de pupillo, §. si plurium, de oper. nou. nuntia. §. Cum tunc de personis quibus nuntiare potest quæritur, statuendum primum est, nuntiationem in rem fieri, non in personam. Proinde ea fieri potest fatioso, infanti, vt nec tutoris auctoritas exigatur, l. operis nou. nuntiat. 10. de ope. nou. nuntiat. Et ideo cuiuslibet intelligenti, scilicet in re exitum, veluti facta nuntiatum, infantem & furiosum tenet, d. l. cuiuslibet, eo. tit. Quod enim rem respicit, obligat fatiosum tacite, l. furiosus, & l. si furiosus, de act. Ita & seruo denuntiatio fit recte, quamuis ille denuntiare non possit, l. de pupillo, vers. si. de oper. nou. nunt. Hostiensis, in Summa, de oper. nou. nuntia. §. cuius fiat. quoque dicebat denuntiationem domino extra rem fieri non posse ad effectum, vt post denuntiationem opus factum demoliri debeat: quia fieri potest, vt fabri id non recuseint, nisi postea dominus ad opus redierit a quo tempore validatur præcedens denuntiatio. Denuntiatur item non solum proximo, sed & remotiori vicino, l. non solum, 3. de oper. nou. nuntia. Et si plurium res sit, in qua opus nouum fiat, si vni nuntietur, recte nuntiatio videtur, & omnibus censetur facta nuntiatio: sed si vnus ædificauerit post nuntiationem, alii qui non ædificauerint, non tenebuntur: contra, si communi rei plurium noceat opus nouum, omnes nuntiare debent, nec vnus nuntiatio sufficit, l. de pupillo, §. si plurium, l. adibus communibus, 18. de oper. nou. nuntia.

De modo & formis nuntiationis noui operis.

CAP. 29.

- 1 Nuntiatio in re presenti fit.
- 2 Nuntiatio quadrupliciter fit: denuntiatio quando verbo fiat. Denuntiatio qua verbo fit, exiit possessione denuntiantem, & c.
- 3 Facto quomodo iactu lapilli, & oppositione manuum nuntiatio fiat.
- 4 Nuntiatio per prætorem modestior, in Gallia & probabilior.
- 5 Nuntiatio operis per prætorem quo tempore fieri possit: an omnis nuntiatio omnibus diebus fieri possit.

Nuntiatio tunc in re presenti, in loco operis demonstratio fieri debet, & in parte, si in ea tantum nuntietur, l. de pupillo, §. qui nuntiat, & §. si in pluribus, & §. nuntiationem, de oper. noui nunt. §. Nuntiatio tunc quadrupliciter fit, verbo, per iactum lapilli, d. l. de 2 pupillo, §. meminisse, l. 1. §. nuntiatio, eod. l. 1. §. quid sit vi factum, quod vi aut clam, per oppositionem manuum, per prætorem, d. §. quid sit vi. Prohibitio, quæ verbo fit, cum quis dicit se opus prohibere, habet timiditatis aliquid, & videtur qui prohibet de iure suo dubitare: quare dicitur constituere eum possessorem, cui fit denuntiatio, d. l. de pupillo, §. meminisse, & l. 1. §. in operis autem nuntiatione, de oper. nou. nuntiat. P. quamuis possideat, l. si alius, §. ait Iulianus, quod vi aut clam. Nihil autem interest, quibus sententia verbis fiat prohibitio, dummodo prohibitio in illis constet sicuti de sententiæ sermonis viribus dicitur, in quo mens tantum quæritur, l. in summa, 50. de re iudic. in P. l. 3. §. conditio, de adimen. lega. l. fin. quæ res pigno. obli. poss. l. promittendo, C. de iure dot. §. Facto tunc prohibitio censetur perfici, iactu lapilli, vel opposita manu operi, prohibendi gratia, l. vim facit, 19. §. prohibitus autem quis intelligatur, quod vi aut clam. Et istæ videtur paulo audaciores, & conseruant possessionem denuntiantium. Quia dum lapillum quis iacit in opus, aut dapp opponit manum operi, videtur profiteri aperte se iure suo agere in re sua, & velle defendere rem suam, retinereque possessionem, quæ animo alioquin amitti potest, l. 3. §. in amittenda, de acq. possess. in P. l. si id quod, §. fin. C. eod. tit. Neque id omni-

Id omnino temerarium est, cum hoc fieri censetur, donec a eadē iudex, cuius iurisdictioni se committunt nuntiantes, nisi aliter conueniant expresse, l. 1. §. Et post operis noui, & §. seq. de oper. nou. nuntiat. facit l. 2. quan. lic. sine iudi. se vindi. Et propter absentiam iudicis licet interdum res proprias vt etiam eripere ei, qui aufugit cum eis, l. aut prator, 10. §. si debitorem, que in frau. credit. lib. 43. P. tit. 3. Obseruare & hic oportet, in iactu lapilli & manuum oppositione interuenire quoque verba, quæ exprimunt ea ratione ea fieri, vt prohibeatur opus, vel saltem interuenire debere nutum æquipollentem, arg. c. cum apud, & c. tua, de sponsalib. Nec simplex iactus lapilli prohibitionem facit: quia quidam tradunt, & triplicem lapillum prociendum, arg. l. contumacia, de re iud. c. indigni, 12. q. 2. ca. ex literis, de consti. c. in audientia, de sent. ex com. Neque tamen exigo, vt nuntians teneatur dicere causam, cur nuntiet & prohibeat, sed puto sufficere simpliciter eum prohibuisse, sicut de reite dictum, §. sancimus, de testib. in authen. in aliis, quamuis contrarium verius videatur, vt in l. fin. de edit. di. Adria. toll. C. l. cum bis, §. vult igitur oratio, de transact. c. cum dilecti, §. fin. de accusat. l. edita, c. de eod. Modestior ¶ & firmiter est per prætores facta denuntiatio, qua in Gallia vt plerumque vitur. Et fieri quidem potest, vt recte denuntiatio fiat, sed non vt recte lis ideo moueatur, id est vt moueri possit, vt ait Papinianus, l. 3. de pigno. P. lib. 20. tit. 1. Et facilis a verbis priuatique concertationibus in verba prorumpere, nisi prætoris intercedat auctoritas, dum quis licitum putat contra aggredientem vi, iactu lapilli vel obiectione manus, vi & manu se defendere, l. vt vim, de iusti. & iure, cum similib. Et iudicio consultus est medio, id est iudice & iudiciorum vigore vt, ne ad arma veniant contententes, l. a quibus, de vsu fru. P. l. nullus, C. de Iudais. Iustus simplex ita hic iudicis, vim habet sententiæ quodammodo, dum per illum suspendendum est opus, l. in re communi, de serui. verb. prædico. l. quod iust. de iudi. l. si quis ius dic. non ob temp. glo. in c. ex parte, in Christo, de verbor. signif. quamuis alioquin comminationes, programmata, epistolæ, subscriptiones iudicum, parte inaudita sententiæ vel rei iudicatæ vim non habeant, l. 1. 2. 4. §. tit. commina. epist. program. lib. 7. C. tit. 57. Vnde Ferrarientis, Ioan. Pet. de Ferrar. in praxi tit. de op. nou. nun. hic singulare notat, vt quando per viam præcepti procedit iudex contra aliquem instante & petente aduersario, præceptum humilimum euanescat comparent reo, & petente sibi libellum offerri: quod iudicia non sunt a præceptis incoanda, sed a libelli oblatione fundamentum capiant, l. in si de in ius vocan. aub. offeratur, de lit. contesta. l. libellorum, de accusat. in P. l. 1. de libel. oblat. ¶ Dissidet ¶ autem Ferrarientis cum Bartolo in tempore nuntiationis faciendæ: nam cū iurif. absolue dixerit, omnibus dieb. nuntiatione fieri posse, l. 1. §. nuntiatio, vers. item nuntiatio, de op. nou. nun. Ferrarientis vult tantum locum habere in nuntiatione facta vel verbo peracta: at in prætoria, dies feriatos excipit in honorem Dei, iuxta l. dies festos, & l. omnes, C. de feriis. Bartolus autem contendit, etiam prætoriam fieri posse omni die & feriatos, Bart. in d. l. 1. §. nuntiatio, de oper. nou. nuntiat. Ego plium existimo festis diebus ab his abstinere contentionibus: verum si necessitas urgeat, puta quia futura die pluribus redemptoribus vel operariis opus perficiendum sit, Deum non offendi arbitror, vt consulatur pacti. Dispensat namque necessitas a feriatum exacta obseruatione, l. 1. C. de feriis, c. 3. eod. ap. Grego.

De effectu nuntiationis noui operis.

C A P. 30.

- 1 Effectus nuntiationis noui operis, intermittere opus, posteaque edificatum demolendum. Quis teneatur prestare sumtus demolitionis operis aut patientiam demolienti, & c.
 - 2 In nuntiationis restitutione debet apponi quantum opus iam factum sit.
 - 3 Quando edificantis nuntiatione opus suspenditur.
 - 4 Nuntiatio noui operis non se defendentem facit ex auctore eum.
- Præcipuus & insignior effectus nuntiationis noui operis est, vt nuntiatione facta quiescere debeat ædificatio, & opus intermittere, donec ea de re cognitum sit, alioquin omne post nuntiationem, vt legitime edificatum, destruendum sit, l. vnica, in fine, de oper. nou. nuntiat. C. c. 2. eod. tit. apud Gregor. l. prator ait, §. 1. & §. prator ait, eod. tit. P. Obtemperandum enim nuntiationi est, siue bene siue male facta fuerit, l. 1. de oper. nou. nuntiat. P. vt de excommunicatione dicitur ecclesiastica, cap. 1. n. quæst. 3. & prohibitus qui postea ædificat, in exceptionibus non auditur

ante restitutionem operis in pristinum statum, nec datur ei actio per prætores volenti agere sibi ius esse ædificatum habere, l. 1. §. sed et si is cui opus nouum, de oper. nou. nuntiat. P. & quia vi, vt diximus, post prohibitionem factum dicitur. Qui vi aut clam fecit, si possidet, debet patientiam & impensam tollendi operis: qui fecit nec possidet, impensam: qui possidet nec fecit patientiam tantum, l. competis, 17. §. fin. quod vi, aut clam, l. 2. §. pen. ne quid in loc. publ. l. 3. §. item si locum, de alien. iudic. mut. cau. fact. in P. Et Marcellus, l. pen. de oper. nou. nuntiat. si is, cui opus, inquit, nouum nuntiatum est, ante remissionem edificat, decesserit, heredes eius debent prestare patientiam aduersario destruendi operis. Quia in restituendo huiusmodi opere, pena versatur eius qui contra edictum facit, quæ in heredes non transit, nisi lite contestata, l. 1. ex delict. in quan. hered. tenean, C. Veruntamen quamuis ad penam non teneantur, non dubito teneri heredes ad impensas demolitionis si possideant: quod hoc vitium rei sequitur quemcumque possessorem & omni damno eum onerat, ca. 2. de nou. oper. nun. ca. quia vero, de iudi. c. sepe, de restit. spolia. expresse & in l. prator ait, in fine, de oper. nou. nuntiat. c. significauerunt, de testib. nisi ædificatum fuisset opus inuito domino loci: quo casu solum præstat patientiam demolitionis, vt si a seruo, sine iussu domini, fuerit ædificatum, l. si reus, §. primum, & l. denique, §. fin. quod vi aut clam. ¶ Propter ¶ hunc effectum demolitionis faciendæ ædificati post nuntiationem, qui opus nuntiat nouum, debet referre in restitutionem, quantum operis iam tunc factum erat, & modulos seu menturas capere, vt appareat quid postea fuerit factum, l. non solum, §. qui opus nouum nuntiat, & §. sciendum, de operi. nou. nun. ¶ In ¶ quæstione tamen suspensionis operis post nuntiationem, arbitrator distinguendum, num prætores auctore, vel sine prætores fiat nuntiatio: si sine prætores, & manifeste appareat ius non esse nuntiatum ei qui nuntiat, ab ædificio quiescere quis non tenetur, priusquam ad prætores vocetur: veluti si constat pupillum nuntiare vel seruum, vel extraneum, vel eum qui ante permisit, vel alio modo manifeste sit iniusta nuntiatio. Ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nasci solent, l. meminere, C. unde vi. At si dubitetur de iure, vel si per prætores quis intermittere opus iubeatur, certe quiescendum ab opere, propter auctoritatem prætoris, ne eius imperium elusorium sit, l. fin. ne quid in loc. publ. P. l. si prætor, de iud. in P. Et quamuis manifeste iniusta vocatio in ius sit, aut quamuis citatio non liget vocatum, l. ne quis eum, qui in ius voca. vi exim. l. fin. de iuris iur. omn. iud. in P. attamen non est male vocati contemnerere vocantis imperium, coram quo exceptiones suas proponere potest, l. si quis ex aliena, de iud. in P. Ceterum quando intermissio operis periculum adfert, nuntiatio quoque hunc effectum non fortiter, vt suspendatur opus, sed contemnitur: vt si cloacæ purgatur, vel reficiatur, vel riuus, l. de pupillo, §. si quis riuum, de operi. nou. nuntiat. l. 2. de riuis, lib. 43. P. tit. 20. l. 1. §. si quis purganti, de cloac. P. Nam ob id quod denegatur exemptio operis noui, id est, suspensio & demolitio, non abolentur actiones legitimæ, sed integræ manent: sicut & in his, in quibus prætor ab initio noui operis nuntiationem negat, Paulus in l. sciendum, 19. de oper. nou. nuntiat. P. ¶ Alius ¶ effectus nuntiationis noui operis apud Africanum, vt nuntiatione facta, si is cui nuntiat se non defendat, ex possessore constituitur petitor, atque postea cogatur docere & probare, ius sibi esse ita ædificatum habere. Prætor enim cogit fugientem cauere, quod non procedit in opere, nisi prius de iure suo docuerit: quemadmodum et si is qui nuntiauit, fugiat, sit ex possessore petitor: quia cauere debet se non prohibitorum ædificantiem, nisi docet de iure suo prohibendi, & sic vtroque casu transferuntur, per fugam onera probandi. Fuga porro intelligitur hic post tres menses a tempore nuntiationis differendo, l. vnica, de oper. nou. nuntiat. C. l. fin. de adifi. priua. C.

Quot modis operis noui nuntiationis prohibitio extinguitur. Cap. 31.

- 1 Remissione nuntiationis tollitur nuntiatio. Remissio tripliciter fit, a denuntiante, a iudice, a lege.
- 2 Cautio de demolendo, si dictum sit, tollit nuntiationem.
- 3 Denuntians intra tres menses, non cogitur satisfactionem acceptare ab aduersario oblatam, si dicat se paratum intra eos de iure suo docere: postea tamen cogitur.
- 4 Nuntiatio noui operis olim anno tollebat, hodie nequaquam.
- 5 Nuntiatio noui operis morte nuntiantis, non eius cui nuntiatum sum est, tollitur. Item nu. 6.

- 6 Nuntiatio finitur alienatione rei.
 7 Distinctio, quando dicitur nuntiatio post mortem.
 8 Ratio cur non extinguatur morte eius cui nuntiatur, & alienatione ab eo facta, quemadmodum ex parte nuntiantis.
 9 An satisfactio data de demolendo, heres cui nuntiatum est, teneatur suis impensis opus demoliri, an tantum prestare patientiam.
 10 Remissa censetur nuntiatio, si actor non iurat de calumnia.

Tollitur prohibitio, & extinguitur nuntiatio noui operis, per remissionem nuntiationis, *l. non solum, §. sciendum, de oper. nou. nun.* Ea remissio tripliciter fit, *gl. in l. i. de remiss.* nempe a denuntiante, a iudice, a lege: a denuntiante, si is permittat expresse opus proficere, *de hac, in d. l. i. §. inde queritur, de oper. nou. nun. l. vim fac. i. iudic. quod vi aut clam.* Potest autem remittere, siue factio, siue verbo, seu per praeorem nuntiauerit: si partes enim conueniant, nihil interest iudicis, *d. l. i. §. inde queritur, & l. si conuenierit, de re iud. P. l. iudicem, com. diuid. P.* A iudice, si examinatio negotio iudex pronuntiauerit ius esse edificandi, *l. prator ait, §. habet autem, de oper. nou. nun. P.* quia res iudicata finem imponit negotio, *l. i. de re iud. P.* A lege dupliciter fit remissio, primo, quando nuntiatio est ipso iure nulla, ut si facta ab eo, eive, a quo, cuiue fieri non poterit, per personas, & illis a quibus & quibus iam antea fieri non posse monuimus. Paria enim sunt non fieri, vel fieri perperam seu inutiliter, *l. quoniam, qui satis d. cog. an. si quis in ius voc. non ter. l. 4. §. condemnatum, de re iud. cum siml.* et si procurator non cauerit de rato, *l. de pupillo, §. qui procuratoris, de oper. nou. nun. P.* Secundo, remittit lex prohibitionem, si cautio data fuerit coram iudice de demolendo, & restituendo opere priuato, si postea appareat iniuste edificatum, vel si pro publico promissio eadem fiat, *l. vni, eod. C.*
 2 ¶ Et haec satisfactio, etiam si absentis nomine postuletur remissio, non ad tati habitationem, sed ad noui operis nuntiationem pertinet, *d. l. de pupillo, §. qui remissionem, c. fin. eo. tit. ap. Greg. l. non solum, §. si cum possem, eo. P.* Hic fit oblatio satisfationis, quam stipulatur aduersarius: quod si eam stipulari noluerit, pro data habebitur iure, sitque remissio noui operis nuntiationis, *l. prator ait, §. si quis paratus, & §. deinde ait prator, de oper. nou. nun. l. stipulatio, §. si quis autem, eo. tit. P.* Nisi postea is qui obtulit, interpellatus ut caueat, noluerit cauere, & ita in mora postremus fit, *l. prator ait, §. si aliquo modo steterit, de oper. nou. nun.* Sic ei vltima mora nocebit, ut in aliis receptum est, *l. l. l. de peric. & com. rei vend. l. hominem, mand. P. l. obsequationem, C. de sol. l. senel mora, sol. matrim. in P. l. 2. C. de iur. emphe. ¶ Ceterum si hic quoque annotandum est, denuntiantem ante tres menses non cogi satisfationem acceptare, si paratus sit, de iure suo prohibendi docere: post tres menses autem cogitur, vel remissio per legem fit, *l. vni, de no. oper. nun. C. c. pen. & fin. apud Greg. & ibi glo. Differunt quippe in re iudicatis, quale est hoc, restitutio, si in contumaciam offerantur probationes, c. literis, de rest. spoli. si a quo, ut in possess. legato. l. 3. §. ibi. ad exhib. c. dilectus, de ordi. cognitio. Frustraque cautio acciperetur, si nunc constat de iure non edificandi.**

4 ¶ Secundo tollitur nuntiatio morte nuntiantis, *l. non solum, §. morte, de oper. nou. nun.* quamuis morte eius cui fit nuntiatio non extinguatur. ¶ Item tollitur nuntiatio, si rem alienauerit is qui nuntiauit, ob quam nuntiatio facta erat, *l. fin. eod.* Quia morte & alienatione finitur ius prohibendi, *d. §. de morte,* morte namque quis desinit esse dominus, quia mors omnia soluit, *§. deinceps, de nupt. in aubem. & voluntatem, l. 4. loca. P.* Et iuris nostri conferuandi causa nuntiatio fit, *l. i. iuris nostri, de oper. nou. nun.* quod alienando, & morte amittimus, & proinde causa cessante cessat effectus, *c. c. cessante, de appell. l. adigere, §. quibus, de iure patro. in P. l. 2. §. si. de don. P. & post venditionem desinit nostra interesse, damno omni & commodo postea contingente pertinente ad emptorem, l. id quod, 7. & l. necessario, de peric. & comm. rei vend. in P. & l. i. C. eod. tit. §. cum autem, de emptio. Nec pugnat quod tradit Vlpian. in l. prator ait, l. 2. §. hoc interdicitur perpetuo, in l. de operis noui nuntiatio. hoc interdicitur perpetuo dari, & heredi & ceteris successoribus competere, &c. Siquidem non negamus quin & successoribus vel vni-*

uersalibus hereditariis, vel singularibus ex contractu non detur, ut possint post adeptum ius nuntiare noue.

¶ Veruntamen tibi non est controuersia, sed num nuntiatio facta a mortuo vel alienate, ad eos transeat, de quo nihil Vlpianus, vel si sensit de eo, cum distinctione intelligendus est, prout Accursius bifariam distinguit, in *l. non solum, §. morte, in verbo extinguitur, de oper. nou. nun. Interdum,* inquit, nuntiatio fit, ne opus nouum fiat, quando deliberat quis incipere, sed nondum incepit: aliquando quando incepit. Et rursum aliquando cepto opere denuntiatum est, & ante mortem denuntiantis, vel ante alienationem non est satisfactum, vel est satisfactum. Porro extinguitur nuntiatio morte & alienatione, si opus ceptum adhuc non fit, & res integra sit: item si ceptum sit, & tamen satisfactum non fit. Probat argumento mandati, quod extinguitur moriente mandante re integra: non autem si ante mortem procurator ceperit tractare negotium, *l. si quis mancipis, §. eius, de instit. actio. P. l. arbiter, de arbit. P. §. item si adhuc, de manda. l. mandatum, C. manda.* Et certe iudicia cepta transire in heredes non ambigitur, *l. i. ex delict. defuncti, in quan. hered. tenean. l. i. ut actio, ab here. & cont. hered. C. Notar & Bartolus, in d. §. morte, num. 6. l. non solum,* quodque mihi placet, ut si aliquid operis post nuntiationem, quantumuis modicum factum fuerit viuente nuntiante, res non sit integra, & adeo transeat in heredes pro futuro opere precedenti conexo, *l. si tutor, post prin. de tutel. & ratio, distrah.* Item si quis nuntiando dicat, nuntio pro me hereditibusque meis, nouum opus, morte non extinguetur, *l. diem proferre, §. i. de arbitris, si vero non remunerandi, §. si. & l. seq. mand. in P. l. cum precar. P.*

¶ Sed tunc cur ex parte eius cui nuntiatur, eadem locum non habent, que in persona nuntiantis, videlicet ut non extinguitur nuntiatio morte eius cui nuntiat, vel si ipse alienet? Ratio est, quod ex parte eius cui nuntiat nuntiatio realis est, *l. non solum, §. morte, de oper. nou. nun. P.* ex parte nuntiantis, personalis, *l. fin. eo. Quia* id eo quodcumque illi placuerit, remittit, ut diximus. Siquidem in rem presentem fit nuntiatio, nec extra rem efficax est, *l. de pupillo, §. plurimum res, & l. nuntiatione, vers. si quis autem in foro, & l. operis, eo. tit.* Proinde quod personale est cum persona extinguitur, *l. quia tale, sol. matrim. l. si tibi, §. si quis pacificatur, & l. iuris gentium, §. patrum, de pati. in P. l. qui in futurum, §. c. eo. tit.* Reale transit in alias personas rem possidentes, *l. actionum, genera. §. in rem, de act. resque obligatae distrahuntur cum suo onere, l. alienatio, de contr. emt. l. res §. i. de iure s. i. si debitor, de distrac. pig. P. l. vni. C. rem alie. gerent. non interd. ver. sua. alien. l. si pignus, qui potio. in pign. habeat.*
 ¶ Quae ratio tamen inter Bartolum, & alios iuris ciuiliis interpretum est, si satisfactio est, ab eo cui nuntiatio facta est & is postea mortuus sit, resque peruenerit ad tertium possessorem, num, quemadmodum diximus, nuntiationem transire in heredem nuntiantis, transeat quoque in heredem eius cui nuntiatio est, ut ipse propriis expensis teneatur opus ab alio factum demoliri, quod alioquin, ut diximus, facere, non tenetur, sed prestare patientiam. Nam Bart. in d. §. morte, nu. 8. & Andreas de Pisis, Paul. Cast. imbi, defendit non teneri, quem aliqui sequuntur, quia praetoria cautio, inquit Castren. ubi supra, de demolendo debet augere eius ipsius nuntiationis, super qua interponitur, *l. i. §. si quis sub conditione, ut lega. nom. caued. adde l. si quis eum, §. qui iniuriarum, si quis cautio, l. Titius, §. si ad Treb. P. Glossa, in d. §. morte, in verbo heredes, l. non solum, de no. oper. nun. & ibi Alex. tamen contrarium affirmat, quam sequitur Alexan. ab Imo. Quos quoque ego probor: quod satisfactio de opere demolendo, & iudicatum solui, pares sint, *l. de pupillo, §. pen. & l. stipulatio, §. habeo, de nou. oper. nun.* Stipulatione autem iudicatum solui interposita, desinit res esse integra, *l. si defunctus, & ibi gl. de procur.* Ergo & per hanc satisfactionem. Accedit quod ex satisfactione, veluti ex conditionali stipulatione, fit obligatio quae transferatur ad heredes, *§. ex conditionali, de verb. obl. l. si sub conditione, de act. P.* Nec ratio Bartoli & sequacium hic obicit potest, cum ea intelligatur, ne augeat negotii naturam satisfactio, quando negotium per se satis validum est: at ubi per se inualidum, diuersum verius est, *l. ex placito, de rerum perm. C.* ¶ Postremo tollitur remissa censetur noui operis nuntiatio, si is qui nuntiauit, noluerit iurare de calumnia, etenim tenetur nuntias iurare, se non calumniae causa nuntiare, *d. l. de pupillo, §. qui opus nouum.* Quod ordinarij alioquin iuris est in omnibus in iure dislitis, ad quod competendas litigantium calumnias & malitiam, *l. de iure iur. prop. calum. ut actor etiam qui iuramentum hoc recusaerit, amittat litem, l. i. C. eod.**